

possit, juxta reg. text. in §. *sed naturalia*, *Instit. de jure naturali*, ubi Faber, Angelus, & ceteri, post alios Covar. *de sponsalib. p. 2. cap. 6. §. 9. num. 3.* Suar. *de legibus lib. 2. cap. 14.*

44 Dicendum ergo, Alexandrum VI. ex potestate, quam in ordine ad expeditionem prædicationis Evangelicæ habet super ipsos etiam infideles, ut supra resolvimus, justè id facere potuisse, ad exemplum etiam antiquorum Pontificum, videlicet Martini V. Nicolai V. Calixti III. & Sixti IV. qui eandem concessionem antiquioribus Portugaliæ Principibus, & maxime Regi Alphonso IV. & Infanti Henrico ejus patruo fecerunt per Bullas peculiare quæ Ulyssipone aservantur in scriniis Regiæ Coronæ, ut refert Rebell. *d. quest. 23. sect. 1. num. 4.* quorum etiam meminit Benedict. Aegid. *ad l. ex hoc jure, ff. de just. & jure, part. 1. cap. 3. num. 18.* omnes moti ex eo, quia ipsius prædicationis, & conversionis progressui conveniens erat prædicta concessio; tum quia cedebat in præmium dignum, & quasi in stipendium infiniti penè sanguinis, & pecuniæ, laboris, industriæ, & negotii in explorando, & aperiendo Oceano, & luce Evangelii ad gentes illas deferenda; quo sanè beneficii genere iidem Reges commoti, & de re veluti sua magis solliciti, prædicationi Evangelicæ, & prædictæ conversioni liberiores aditum aperient: tum etiam ne aliter ejus progressus impediretur, vel turbaretur per bella, & dissensiones consuetas inter subditos Principum diversorum; quibus dissensionibus in ea divisione idem etiam Alexander VI. intendit obviare, respectu eorundem etiam Principum Portugaliæ, & Castellæ, ut referunt Maphæus, Cardin. Bellarm. *ubi supra*, & Rebell. *d. sect. 2. num. 7.* tum denique ne contingeret, quod eorum externorum aliqui præ lucro, aut invidia, aut qualibet alia malitia ferrum, arma, ligamina, aliasque res, & bona ad infideles deferri prohibita portarent, vel transmitterent, aut ipsos infideles navigandi modum edocerent; propter quæ eisdem Portugaliæ, & Castellæ Regibus hostes duriores, ac fortiores fierent, & per hoc infidelium conversionis prosequutio impediretur, vel fortè cessaret, non sine magna Dei offensa, & ingenti totius Christianitatis opprobrio, ut habetur in Bulla Calixti III. relata per Rebell. *d. g. 23. sect. 2. num. 8.*

45 Non obstant in contrarium adducta, quibus aliqui Principes intendunt se juvare contra prædictam Alexandri VI. atque aliorum Pontificum determinationem, & concessionem tam justam, & cum ipsomet Jure divino conformem; nam ad locum *Marci d. cap. ult.* & ad libertatem commercii jure gentium omnibus concessam, respondetur hæc omnia cessare, ubi à Summis Pontificibus aliter declaratum fuerit ex intentione ejusdemmet juris divini positivi, & gentium id apertè postulantium, propter rationes supra relatas, juxta ea, quæ circa potestatem Summi Pontificis ad declarandum ex gravissima causa jus naturale, aut gentium, aut divinum positivum, resolvunt plures citati per Covar. *d. num. 3.* Francisc. Molin. *de ritu nupt. lib. 2. different. 7. num. 4.* Sanch. *de matrimonio, lib. 6. disput. 6. num. 5.* Azor. *institutionum moralium part. 2. lib. 5. cap. 18. col. 473. & lib. 5. cap. 3. & part. 3. lib. 1. quest. 3. col. 13.* Suar. *d. cap. 23. juncto cap. 24.* sic explicantes text. in *d. §. sed naturalia*, & in *cap. sunt quidam*, 25. *quest. 1.* cum similibus, & concordantes eadem Jura cum text. in *l. manumissiones*, & in *l. jus civile*, ff. *de justitia & jure*, & in nostris terminis bene resolvit Rebell. *d. quest. 28. act. 2. num. 28.* alia super hanc quæstionem adducit

46 Lusitanus noster † Benedictus Aegidius omnium litterarum scientia egregiè præditus, multijugaque virtute præcellens; is, inquam in *comment. ad l. ex hoc jure*, ff. *de justitia & jure*, part. 1. cap. 3. per tot. eleganter, & ex professo eam pertractavit, ad quem in

decidendis supradictis rationibus non adhuc confugimus, quia prædicta commentaria in hac Romana Curia non habemus, quæ anno transacto Ulyssipone & vidimus, & legimus; idè in desideratis ad eum confugito.

Ex quibus colligi potest, idè posse Summum Pontificem his infidelibus, idololatri, vel hæreticis Episcopos constituere Titulares, ut Itali vocant, & Hispani Annulares, ac Galli Portatiles, quia scilicet super eos habet potestatem, quatenus dirigitur ad finem supernaturalem assequendum: cum ergo finis constituendi hujusmodi Episcopos, datis sibi subditis infidelibus, sit ad eorum conversionem directus, & ad Fidem Catholicam eis arnuntiandam, super eos plenam habere quoad hunc finem potestatem, necessarium est ut dicamus, dicente Domino *Marc. 19.* Apostolis, atque etiam qui eum sequuntur in concionando Episcopis, *Euntes in mundum universum, predicate Evangelium omni creatura: qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur.* Et *Matth. ult. Docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, docentes eos servare omnia quaecumque mandavi vobis.* Et ne ullo unquam tempore ministri hæsitarent, fore se certis, & constantibus probationibus destitutos, quibus Dei internuntios, & præcones se esse & evincerent, & declararent, sine quibus nec proficerent in disseminando Evangelio, neque Orbis esset illud recepturus, adjecit è vestigio: *Ecce vobiscum sum usque ad consummationem sæculi.* Non obstat, quod hujusmodi Episcopi perduellionum Principum, & infidelis populi in multis provinciis contumacia nequeunt Episcopatus administrare. Quia vadunt multi laici, & Sacerdotes ad illos, sed prudentia opus est, & charitate, ac zelo animarum; quanquam denique nihil pulchrius sit, nihil Christiano Pastori optabilius, quàm pro Christo, & sibi credito grege mortem oppetere, sed non omnes capere verbum hoc fateor: quare non sunt hæc loca, & dignitates omnibus, ac citra delectum impartienda. Rectè sanè Gerson. *de potestate Pralat. confid. 8.* ita scripsit: *Status Episcopalis, licet esse possit in aliquo sine plebe, & sine usu, vel exercitio, hoc tamen fieri non convenit, quia inane, & monstruosum hoc in Ecclesia videretur, quoniam frustra est potestas, cui non subest operatio;* & de his Episcopis titularibus dixi supra, *tit. 1. c. 6. n. 15. cum seq.*

Tertiò, infertur posse summum Pontificem in casu ad spirituale bonum necessario iniquam sententiam à judice sæculari latam revocare, vel causam temporalem ad se advocare, vel originaliter cognoscere, & sententiam coactivè etiam proferre in qualibet gravi causa, etiam temporali, veluti † super jure alicujus principatus, vel alterius rei temporalis, mota inter plures Principes neminem in temporalibus recognoscentes, si ex contentione, & discordia eorum nolentium in alium sæcularem judicem, aut arbitrum consentire, probabiliter in spiritualibus timerentur damna gravissima, qualia solent oriri ex bellis inter Christianos, cum magna Fidei Catholicæ, & Ecclesiæ jactura, dum eam interim hostes Fidei devastant, & alia spiritualia detrimenta consequuntur ex populi seditione, & Reipubl. perturbatione, & meritò hanc illationem tenent Sot. in *4. dist. 24. q. 2. art. 1. conclus. 4.* Molina *d. disput. 29. versic. Ex dictis Soto*, Suar. *de defensione Fidei Catholica, lib. 3. c. 22. n. 14.*

Quibus non obstat text. in *cap. novit, versic. non enim, de judic.* dum scilicet expendit rationem peccati, & ordinem fraternæ correctionis, ut eo præmissis possit Summus Pontifex cognoscere de causa, & discordia ibidem excitata inter Reges Angliæ, & Franciæ; & procedere contra Gallum in peccato pacis fractæ adhuc persistentem post legitimam monitionem: quasi aliter hujusmodi cognitio, etiam inter

supremos Principes, ad Summum Pontificem non pertineat; quia responderetur ideo in eo textu id ita locum habere, quia de facto non proponebantur ea damna spiritualia, de quibus supra; unde nil mirum si ad fundandam Summi Pontificis jurisdictionem, quoad casum illius text. expendatur ratio peccati permanentis, & ordo correctionis fraternæ, ac denunciationis Evangelicæ; quippe quod aliter Summus Pontifex, etiam inter prædictos Principes de causa temporali bonum spirituale graviter non offendente cognoscere non posset.

51 Quare infertur Summum Pontificem posse dare coadjutorem alicui Regi, vel Principi sæculari Superiorem non recognoscenti, quando id postulat populi scandalum, & ruina spiritualis, vel aliqua causa concernens Ecclesiarum, ac personarum religiosarum defensionem, ut probat optimus text. *in cap. grandi, de supplenda negligentia Prælat. lib. 6.* quamvis ad eum viderim varias, ac diversas decidendi rationes assignari.

52 Nonnulli dicunt & ideo processisse Summum Pontificem ad illam coadjutoris dationem, quia de facto pro majori justificatione requisitus fuit ad eandem à pluribus Portugaliæ regni Prælati, & nobilibus, ut referunt Oduardus Nuñez de Leon *in chronica Regum illius regni, in vita Regis Sancti II.* Garibay *in suo compendio historiali, lib. 34. cap. 19.*

53 Nihilominus tamen verius est, ad prædictam coadjutoris dationem, etiam invitis nostris Lusitanis, in eo text. procedere de jure potuisse, ex ea ratione, quia ut in effectu considerat noster Cald. Pereira Senator Regius meritissimus *in l. si curatorem, verb. hunc contractum, num. 48. in fine, C. de in integrum restitut. supposito notorio Lusitani populi scandalo, & ruina etiam spirituali, jam res attingebat non solum finem in temporalibus naturalem, sed etiam in spiritualibus supernaturalem, utpote concernens defensionem Ecclesiarum, monasteriorum, aliorumque piorum locorum, & personarum Ecclesiasticarum, tam religiosarum, quam sæcularium, ut constat ex tenore ipsiusmet text. vel etiam & ex capite miserabilium personarum, nempe orphanorum, & viduarum, occasione protervæ Regis negligentia, & remissionis offensarum, & non defensionum, pertinebat ad forum Ecclesiasticum, juxta text. *in cap. ex tenore, de foro competentis, & quæ notant Covarr. practicarum cap. 6. n. 1.* Antonius Oliban. *in commentar. ad usaticum Alium namque, de jure fisci, c. 3. num. 45.* doctissimus dominus meus & D. Petrus Barbosa utriusque Juris consultissimus, quem eximia doctrina, & exacta prudentia maximum in supremo Regio Madriti Consilio Senatorem, & in Portugaliæ Regno summam Cancellarii maximi præfecturam suscipere cœgit, *in comment. ad lib. 1. part. 1. num. 40. & in lib. 2. part. 2. num. 140. ff. soluto matrim. Bobadil. in sua politica, lib. 2. cap. 27. n. 106. cum sequentibus, Garcia Gironda de privilegiorum, seu exempt. explicatione, num. 464.* Dedit ergo Pontifex curatorem, ut judex inter Reges est, & evitandæ seditionis & peccati causa, & sicut inutilem Regem Chilibertum in Gallia privavit regno, tradiditque imperii habenas & clavum Pepino, *cap. alius 15. quæst. 7.* ita Valdes. *d. cap. 18. num. 15. in fine, latè Anguian. de legibus, lib. 2. controuv. 17. num. 57. cum seqq.* à me post plures hujus tractatus impressiones visus.*

55 Hoc retento intellectu ad text. *in dict. cap. grandi,* non venit admittendus alius, quem novè adducit Mart. *in tract. de jurisdic. part. 1. cap. 26. num. 95.* ex Carolo Grassal. *lib. 1. reg. Francia, jure 63.* quod ideo ad summum Pontificem in terminis illius text. potuit recurri pro dando coadjutore, quia regnum Portugaliæ illum recognoscebat etiam in temporalibus; & quamvis hoc concludenter non probet, adducam omne quod in materia potui invenire super hujusmo-

56 di recognitione, quæ videtur probari ex quibusdam verbis illius text. quæ licet non reperiantur in hac compilatione, nec in voluminibus Conciliorum, utpote quia ibidem inserta non sunt acta Concilii Lugdunensis V. in quo ille text. conditus fuit, constant tamen ex integra Bullæ asservatæ Ulyssipone in scriniis Regiæ Coronæ, *vers. Nos cupientes, ibi, & regnum tot tribulationibus oppressum, maxime cum sit Romana Ecclesia censuale, &c.* quibus verbis probari videtur & regnum Portugaliæ in temporalibus subjectum esse Romano Pontifici propter prædictum censum, qui sanè indictus fuit in illa confirmatione Regii tituli, quam sub quodam pecuniario onere in signum subjectionis annuatim Sedi Apostolicæ solvendo à se, & successoribus suis, Rex Primus Alphonfus obtinuit à summo Pontifice Innocentio II, qui quidem census à Regibus Portugaliæ per multos annos solutus fuit, ut constat ex quadam & Nuntii cujusdam Apostolici liberatione, quæ habetur in dictis scriniis Regiæ Coronæ, in hæc verba: *Ego Frater Hispanus, familiaris, & Nuntius Domini Papæ: notum facio universis istas litteras inspecturis, quod cum fuisset à Domino meo Papa Innocentio III. in Hispaniam destinatus causa pro recolligendis Ecclesiæ Romanæ censibus, & quibusdam aliis negotiis Ecclesiæ generalis, recepi à Domino Alphonso Rege illustri Portugaliæ quinquaginta sex marchas auri, quæ faciunt tria millia & trecentos & sexaginta morabatinos Portugaliæ, pro viginti & octo annis transactis, &c. Actum Colimbria 2. Idus Decembris, anno Incarnationis 1213. Domini Papæ Innocentii III. decimosexto, in presentia Reverendi viri Domini Stephani Bracharensis Archiepiscopi.*

Sed his non obstantibus neganda est prædicta illius regni recognitio & subiectio in temporalibus, cum Navar. *ad cap. novit, notab. 3. num. 28. de judicis, Parlador. lib. 2. rerum quotidian. cap. 21. num. 3.* Joan. Garcia *de nobilit. glos. 21. num. 55.* Cevall. *communium contra communes, quæst. 1. num. 391.* Suar. *de legib. lib. 2. cap. 8. num. 3. in fine, Petr. Mariz. in suis dialogis varia historia, dial. 1. cap. 6. Cabed. Lusitana decis. 7. num. 4. part. 2.* Valdes. *de dignitate Regum Hispania, cap. 18. num. 25.* bene observantes illud Regnum eisdem titulis supremum esse, quibus regnum Hispaniæ. & Electio enim per ipsammet Rempubl. Lusitanam de Alphonso primo in suum Regem, veluti in publicis Comitibus legitime congregata, fieri potuit absque autoritate & consensu summi Pontificis, quæ quidem per Deum ipsum supernaturaliter approbata fuit, prout evincunt quoque & Christi stigmata in Cælo tunc ostensa prædicto Alphonso, & ab eodem in Regia insignia insigni pietate suscepta, prout in argumentum tradit Navar. *d. notab. num. 149.* & sentit Valdes. *de dignitate Regum, Regnorumque Hispania, cap. 15. num. 22.* Quæ quidem Regum Lusitanorum insignia habent scutula quinque decussata armigerum, Crucisque formam exhibentia, majori scuto conclusa in campo argenteo, scutulo verò unoquoque quinque denarii circumsepti tenentur decussatim constituti, Hæc autem non modò quinque vulnerum Christi hieroglyphica sunt, sed & triginta denariorum, quibus ipse venditus fuit, symbolum exhibent; adde & denarios quinque scutulo circumscriptos ejus esse victoriæ specimen, quam Rex unus à Regibus quinque divinis auspiciis reportavit. Septem verò Castellorum auctione insignia Alphonso Tertij temporibus accepta fuerunt. Rex autem Emmanuel in stemma suum sphaeram assumpsit, quod ad posterorum etiam insignia percrebuit, latissimi videlicet imperii symbolum, quod in omnes Orbis partes Rex Lusitaniæ sortitus est. Ita novissimè R. P. Angel. Manrique *in annalibus Cisterciensibus, anno Christi 1142. cap. 3. num. 1. 4. & 5.* Et quoad insignia Regum

62
63
64
65
66

Regum Franciæ, Guillelmus Benedictus in cap. Rainn-
 tius, part. 1. verb. & uxorem nomine Adelasiam, num. 35.
 de testam. Colm. in pragmat. Concilii Basileens. in proem.
 gl. 2. ante finem, pari argumento notant Regnum Fran-
 ciæ divinitus approbatum habendum esse, ex eo, quia
 tria lilia, quæ illi regno sunt adhuc Regia insignia,
 de Cælo missa fuerunt Clodovæo prædicti Regni pri-
 mo Regi Christiano, & cæterorum ordine duodeci-
 mo, ut ex Garibay refert noster Cald. Pereira in l. si cu-
 ratorem, verb. hunc contractum, num. 46. C. de in inte-
 grum restit. consentit Valdes. de dignitate Regum, Regno-
 rumque Hispaniæ, cap. 25. num. 12. & 14. Deinde † Re-
 ges nostri invictissimi Portugalliæ regna Imperatorum
 ignavia à Mauris vindicata, virtute bellica ab ipso-
 rum manibus vindicarunt; tum etiam, quia nunquam
 Romanorum Imperatorum potestati fuerunt subjecta,
 immò † Majores nostri Lusitani pertinacissimè semper
 Romanis, præcipuè Viriato duce, restiterunt, ut sen-
 sit Navar. d. notab. 3. num. 161.

62 Nec contrarium evincunt verba prædictæ liberatio-
 nis supra relatæ, & quod Rex noster Alphonfus Pri-
 mus pro confirmatione sui regii tituli recurrerit ad
 Summum Pontificem (non quidem Eugenium III. ut
 minus diligenter existimavit Marta de jurisdic. p. 1.
 cap. 26. num. 96. sed potius Innocentium II. ut constat
 ex Bulla prædictæ confirmationis, quæ incipit, *Inno-
 centius Episcopus*, &c. transcripta in chronica Cister-
 ciensi per F. Bernardum de Britto lib. 3. sub c. 5. juncto
 cap. 6. col. 8. in medio;) quia responderetur hunc præ-
 dicti Alphonfi recursum processisse non quidem ex eo
 quod necessarius esset de jure, sed ex eo, quia ipse
 Rex ex devotione, pietate, & animi gratitudine, quam
 exhibebat Christo Domino, à quo se regnum ante
 prædictum præmium visibiliter accepisse professus est,
 voluit libens, & absque ulla obligatione civili se ejus-
 dem Christi Vicario Beato Petro, & ejus successori
 in suum militem peculiari quadam, sed spirituali so-
 lum subjectione submittere, ejusque defensionem &
 solatium habere, ut latius constat ex dicta Bulla; &
 ideo ea subjectio & recognitio per Regem illum spon-
 te exhibita & promissa operari non potest, ut Reges
 illius Regni summum Pontificem recognoscerent in
 temporalibus, quasi in eis essent ejus vassalli, sed solum,
 ut tanquam Christi milites, devoti, & grati, sub illius,
 utpote ejusdem Vicarii, protectione militarent, &
 Maurorum expulsionem, & Christianæ Fidei propaga-
 tionem incumberent.

63 Sic etiam regnum Hispaniæ per verba similia sub-
 jectionem Sedi Apostolicæ debet ab antiquissimis
 etiam Regum Gothorum Catholicorum temporibus
 ante Maurorum invasionem, ut constat ex quadam
 epistola Summi Pontificis Gregorii VII. transcripta
 per Cardin. Cæsar. Baron. annalium Ecclesiæ tom. 8.
 fol. 640. ibi: *Non latere vos credimus regnum Hispaniæ
 ab antiquo proprii juris Sancti Petri fuisse, & adhuc,
 licet diu à paganis sit occupatum, lege tamen justitiæ non
 evacuata nulli mortalium, sed soli Apostolicæ Sedi ex
 æquo pertinere.* Et rursus ex alia Bulla ad Reges Hispa-
 niæ, quæ habetur apud eundem Card. Cæsar. Baro-
 nium ubi proximè, ibi: *Præterea vobis notum fieri vo-
 lumus, quod nobis quidem tacere non est liberum, vobis
 autem non solum ad futuram, sed etiam ad presentem
 gloriam valde necessarium, videlicet regnum Hispaniæ
 antiquis constitutionibus Beato Petro, & sanctæ Romanæ
 Ecclesiæ in jus, & proprietatem esse traditum, &c.*
 Quibus tamen verbis non obstantibus, utpote agentibus
 de ea solum subjectione, quæ in signum devotio-
 nis, & gratitudinis à Regibus Hispanis similiter ac à
 Lusitanis, ut supra diximus, promissa, & exhibita
 fuit, nemini dubium est † Regnum Hispaniæ non
 fuisse, nec esse in temporalibus subiectum Sedi Apo-
 stolicæ, ut satis expriment Navar. & Suar. dictis locis,
 nullumque præter unum Deum maximum, illiusque

Pontificem Ecclesiæ suæ in spiritualibus superiorem
 agnoscit, ut per Franciscum Molinam de ritu nuptia-
 rum lib. 1. comparat. 2. num. 18. nec deinde Imperato-
 rem, aliumque Superiorem recognoscit, ut tradit gl.
 verb. per singulas, in cap. Adrianus, 63. dist. & tenent
 Cov. in reg. peccatum, p. 2. §. 9. num. 9. Avend. de exe-
 quendis mandatis lib. 1. cap. 1. num. 7. Burgos de Paz in
 proemio legum Tauri, à num. 32. Parlador. lib. 1. rerum
 quotidian. cap. 3. num. 12. & plures, quos citat Cened.
 ad Decretum, collect. 64. num. 4. quibus adde omnium
 plenissimè disputantem Valdesium de dignitate Regum,
 Regnorumque Hispaniæ, c. 18. per tot.

64 Quinto inferitur, potuisse summum Pontificem
 transferre in personam Magni Caroli imperium à
 Græcis in Germanos, & disponere de Imperatoris ele-
 ctione, confirmatione, coronatione, & juramento fide-
 litatis, insimul præscribendo formam, & conditiones,
 quas justè in his omnibus adhibuit, sic postulante fi-
 ne supernaturali, & conservatione; ac Ecclesiæ de-
 fensione, rectoque ipsius regimine in spiritualibus:
 ne aliter imperium cum periculo, quod antiqua in-
 commoda iterarentur, ad Græcos rediret, neve inter
 ipsosmet Latinos contingeret in Imperatorem eligi ali-
 quem hæreticum, aut schismaticum, aut pravis mori-
 bus imbatum, cum tanto Ecclesiæ, Fidei, & spiri-
 tualis boni detrimento, ut bene pro intellectu c. vene-
 rabilem, de electione, & Clem. 1. in princ. de jurejur. &
 Clement. Pastoralis, ad fin. de re judic. considerat Na-
 var. d. notab. 3. num. 3. Molina de justitia tract. 2. dis-
 put. 24. & disp. 29. vers. ad primam, col. penult. sentit
 Suar. de defensione Fidei Catholice contra Anglicana
 sectæ errores, lib. 3. c. 23. num. 23. Sed quia aliqui hæreti-
 ci nostri temporis de hoc dubitare non erubescunt, in
 hac veritate enucleanda immorandum est, ac altius
 fundamenta jacienda.

65 Constantinus Imperator zelo Catholice Fidei mo-
 tus, desiderans Apostolicam Romanam Sedem tempo-
 rali quoque adjutorio, ac majestate splendescere, in
 pluribus terris, & Provinciis omnem temporalem po-
 testatem, dominium, & universa Imperii Jura in Ec-
 clesiam Romanam transtulit, ut refertur in can. Con-
 stantinus, 96. distinct. laudat, & approbat Pontifex in
 c. fundamenta, de elect. lib. 6. & in Clement. 1. de jure-
 jur. facit text. in cap. Ego Ludovicus, 63. dist. & in
 cap. futuram, 16. quest. 1. quorum Jurium argumen-
 to hanc donationem ab hæreticorum impugnationibus
 defendunt latissimè de ea agentes Turrecrem. de
 potestate Ecclesiæ lib. 2. cap. 42. Corset. in tract. de po-
 testate Regia, q. fin. num. 3. Pelagius de planctu Ecclesiæ
 lib. 1. cap. 43. & lib. 2. cap. 29. Hieron. de Monte de fini-
 bus regendis cap. 11. num. 11. cum sequent. Alberic. de
 Rosate in l. 1. §. initio, num. 6 ff. de officio Præfecti urbis,
 explicans gl. ibidem verb. pertinere, Arnald. Albertin.
 in repet. rub. de hæreticis, q. 2. num. 27. Paul. Gryfald.
 in decisionibus Catholice Fidei, verb. Imperator, Dio-
 nys. Paul. in flosculo de clericorum excellent. p. 1. §. 2.
 num. 58. 62. & 72. & de vera quatuor Patriarchal. Se-
 dium erect. c. 10. num. 10. cum seqq. Castal. de Imperato-
 re q. 51. Covar. lib. 4. var. c. 16. num. 8. vers. secundo lbo-
 co, Alphonfus de Mendoza in quodlibeticis, q. 4. scho-
 lastica, §. 4. vers. 5. Driedo de libertate Christiana lib. 1.
 c. 9. pag. 10. Azeved. ad l. 5. in princ. tit. 2. lib. 1. novæ
 recopil. Francisc. Leo in thesaur. fori Ecclesiæ, p. 1. c. 1.
 à num. 1. Nav. ad c. novit, de judic. notab. 3. num. 77.
 Menoch. conf. 49. num. 39. Bellacomba tom. 2. commun.
 opin. lib. 8. tit. 2. num. 83. pag. 414. Cevall. communium
 contra comm. q. 345. Bobadil. in sua politica lib. 2. c. 17.
 num. 11. litt. C, Marta de jurisdic. p. 1. cap. 30. Molina
 d. tract. 2. disp. 25. Illustriss. Card. Bellarm. in contra-
 versis Fidei, tom. 2. lib. 2. de translatione Imper. cap. 3.
 Card. Cæsar. Baron. annalium Ecclesiæ tom. 4. anno
 Christi 324. Constantini 19. & alii citati per Cened. ad
 Decretal. collect. 109. num. 4.

- 69 Aliqui tamen, præcipue nostri temporis hæretici dubitant de veritate & validitate hujus donationis, an scilicet verè fecerit Constantinus, & an facere potuerit, duobus moti fundamentis. *Primo*, quod apud illorum temporum Scriptores nulla hujus donationis mentio reperitur. *Secundo*, quod non potuerat Constantinus in damnum Imperii tam amplam facere donationem, cum donatio de terris, & civitatibus Imperii illicita sit, & invalida, ut probat text. in cap. intellecto, de jurejur. ex quo ita notant omnes ibi, ut per Felin. in cap. ad audientiam, num. 4. de præscription. Tiraq. de jure primogenior. quest. 35. num. 19. & 20. Covarr. in cap. quamvis pactum, p. 2. §. 2. num. 4. Gutier. de juramento confirm. p. 1. cap. 52. num. 7.
- 70 Sic etiam Princeps res Regiæ Coronæ alienare nequit, Tiraq. de judicio in rebus exiguis, vers. 74. Petr. Martin. in c. afferte, de præsumpt. verb. respondit Rex, à num. 3. Bartholom. Humada l. 8. gloss. 3. à num. 1. tit. 1. part. 2. & l. 14. gloss. 2. tit. 5. part. 2. & l. 28. tit. 11. part. 3. Challan. in Catalogo gloria mundi, p. 2. consider. 19. Francisc. Marc. decis. 87. Molina de primog. lib. 1. c. 3. n. 17. & 18. Kirchof. tom. 2. communium opinionum, lib. 8. tit. 32. n. 132. pag. 416. Menoch. cons. 1. n. 40. & 307. & cons. 2. n. 274. cum seqq. Mench. illustrium cap. 3. n. 8. & c. 4. à princip. & c. 5. n. 25. Rebuff. in comment. ad l. 28. ff. de verborum signific. pag. 162. Joan. Garcia de nobilit. gloss. 1. §. 1. n. 10. Matienz. l. 3. gloss. 7. tit. 10. lib. 5. novæ recop. Peregrin. de jure fisci lib. 1. tit. habentes jura fisci, n. 70. pag. 269. Valasc. consult. 132. n. 2. Cabed. Lusitana decis. 17. & decis. 40. n. 16. part. 2. novissime Marc. Anton. Genuens. in practicab. Ecclesiast. c. 1. quest. 3.
- 71 Sic etiam Rex absque populorum consensu Regnum privare jure, & honore suo non potest, nec illud servituti subicere, nec etiam illius bona donare cum magna Regiæ coronæ diminutione, licet possit modice, vel etiam non modice, ex justa tamen causa in ordine ad Regni utilitatem prædictorum bonorum donationem facere. Ita Castal. de Imperatore, q. 104. à princip. Anton. Gabr. lib. 3. commun. opinion. tit. de jure quesito non tollendo, concl. 5. num. 48. Molina d. c. 3. num. 18. alter Molina de justitia tract. 2. disp. 25. col. 1. sub versic. Cum autem, Marta in tract. de jurisdic. part. 1. cap. 29. à n. 1. Cald. Pereira de extinctione emphyteusis, c. 11. n. 5. Valasc. ubi proximè, Cabedo dicta decis. 40. num. 16. & decis. 30. n. 2. part. 2. & habetur apud Lusitanos in Ordinatione Regiæ, lib. 2. tit. 35. in princ. & §. 1. & apud Hispanos l. 2. & 3. titulo 9. lib. 5. novæ recopilat.
- 72 Prout etiam non potest castra Regni, & civitates alienare absque consensu omnium Principum, & populorum ejusdem regni; imò etiam & illorum, qui sunt in terris alienatis, ut post Alexandrum, & Paulum resolvit Gregor. d. lib. 3. gloss. 2. & plures, ut per Tiraq. de retractu lign. §. 26. gloss. 1. n. 78. Mench. d. cap. 4. n. 4. & 5. & alii, ut per Cabedum d. part. 2. decis. 17. num. 1. Quare hujusmodi Constantini donationem non valuisse, nec unquam fuisse, negarunt hæretici, & ex his, qui Christianam profitentur pietatem, Laurentius Valla per integrum tractatum, Ign. in l. donatione, num. 22. C. de donation. inter virum, Baldus in tract. de Coronatione Imperator. pag. 79. Cagnol. in proæmio Digestorum, à n. 79. & de ea dubitare videtur Hieron. Paul. in pract. Cancellaria Apost. ante mod. vers. quod donatio Constantini.
- 73 Sed his non obstantibus, à communi Doctorum sententia, quæ veritatem historiæ, ac donationis Constantini agnoscit, non est recedendum. Paveant verò adversantes illud Hilarii de Trinit. lib. 4. ubi ita ait: Hoc Ecclesia proprium est, ut tunc vincat cum leditur, tunc intelligat cum arguitur, tunc obineat cum deseritur; dum prosequitur, floret; dum opprimitur, crescit; dum contemnitur, proficit: tunc stat, eum superari videtur. Quare & Aug. super Matth. ait: Adhuc habet Ecclesia, quod crescat, donec illud impleatur, Domi-

nabitur à mari usque ad mare: & Cassiod. super Psal. 30. Ecclesia magis incipiet esse uberrima, cum ad finem sæculi erit perducta.

Primo ergo supra relato contrariæ opinionis fundamento facillimè respondetur, non esse inconveniens, quod in antiquis illorum temporum Scripturis de ea mentio non reperitur, cum non benè sequatur, Non apparet scriptura hujus donationis: ergo nunquam facta fuit: plures enim possunt esse modi, quibus factam esse probari potest, constanti scilicet sequentium sæculorum traditione, & communi omnium fama, ex resolutis per Mascard. de probationib. concl. 753. Nam si fama in factis antiquis, nempe centum annorum, plenam efficit probationem, Duen. reg. 199. limit. 7. Mascard. de probation. conclus. 105. Menchac. illustr. c. 84. num. 15. Avendan. de exequend. mand. part. 1. c. 6. n. 6. Brunor. à Sole in locis communib. verb. fama 2. Fatinac. in praxi crimin. quest. 47. n. 106. & 117. Steph. Gratian. disceptat. forens. c. 68. n. 35. & 36. Card. Tusch. prædicar. conclus. tom. 3. lit. F, concl. 66. num. 10. cum seqq. Ex nostris Lusitanis Gama Palatii Senator meritissimus decis. 290. num. 1. Valasc. Senator Regius, & in Conimbricensi Academia Cæsarei Juris primarius Professor, de jure emphyt. q. 9. num. 25. & 26. Franc. de Cald. Pereira Majorum nobilitate clarus, utriusque Juris consultissimus, omnium rerum, ac litterarum humanarum studio clarissimus, & Senator Regius, & in eadem Academia Cæsarei Juris meritissimus Professor, de empt. & vendit. c. 21. n. 26.

Ratio autem, quare de hac donatione apud Scriptores illius sæculi mentio non reperitur, esse potuit, quod in ultimis annis Imperii Constantini facta fuit, curabantque sequentes Imperatores ejus memoriam abolere, prout facere intendit Henricus Imperator, negando Pontifici Maximo fidelitatis, & obedientiæ juramentum, quem tamen Pontifex convincit in Clem. 1. de jurejur. Deinde respondetur non esse destitutam omnino hujus donationis veritatem auctoritate antiquissimorum, gravissimorumque Patrum, scilicet Damiani Pontificis, Beati Isidori, Beati Bernardi, & Divi Hieronymi, ac Pontificum in d. cap. Ego Ludovicus, & in d. Clem. 1. vers. porro, ubi commemorant Carolum I. Henricum II. Othonem IV. Federicum II. Carolum ult. donationem à Constantino factam confirmasse, & innovasse: sic Imperator in l. Divi, in princ. C. de natural. lib. ibi, Romanum munivit imperium, lege minuit, ut legunt Bald. in proæmio Digestorum, & Marta de jurisdic. part. 1. cap. 30. num. 27.

Secundo, adversæ & iniquæ opinionis fundamento desumpto ex d. c. intellectu, respondetur, in donatione ab Imperatore facta Pontif. Maximo, & Petro Apost. minimè posse considerari grave Imperii præjudicium: tum quia in sanctissimis Ecclesiis optima mensura est donatarum rerum immensitas, quia si plura dent Imperatores Deo, ejusque Ecclesiæ, multo majora ab eo accipiunt, ut eleganter ait text. in auth. de non alien. rebus Ecclesiæ, §. sinimus, collat. 2. tum quia Constantinus donando, non tam Ecclesiæ dedit, quàm reddidit. Genuensis d. c. 1. q. 3. n. 2. tum quia si quod Ecclesiis donatur, Deo redditur, à quo omne bonum, & donum optimum provenire Apostolus docet, & ideo cum David Paral. 1. cap. ult. dicere potuit Constantinus, tuæ sunt omnia Domine, & quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi, refert in hoc propositum Genuens. d. q. 3. n. 3. tum quia terræ, quas donavit, præcedentium Principum tyrannide fuerant occupatæ, qua ratione utitur exquisitum dictum Abb. cons. 82. part. 1. & ante eum Hostiens. in summa, tit. de immunitate Ecclesiast. n. 12. ad fin. Pighius de Ecclesiast. hierarchia, lib. 5. cap. 16. vers. de Constantini; tam quia si ingentibus beneficiis à Deo acceptis, scilicet in curatione lepræ, & victoria contra Maxentium, divinitus promotus est ad donationem illam faciendam, quia oportebat Romanam Ecclesiam

Ecclesiam Imperatorum tyrannide malè vexatam temporalium bonorum muniri præsidio, ut inquit text. in cap. fundamenta, de electione lib. 6. tum denique, quia meritò alii observant † Principes omnes, qui in Ecclesias munifici, & liberales extiterunt, de hostibus suis triumphasse, & imperium, seu regnum ad longissimam posteritatem traduxisse, ita longo discursu prosequuntur Bossius de signis Ecclesie tom. 3. lib. 20. cap. 89. & Illustriss. Card. Bellarm. tom. 1. controu. 4. generali de Ecclesia militante, lib. 4. c. 18.

Deinde constat hujusmodi donationem non à solo Constantino factam fuisse, sed ab eo cum satrapis, optimatibus, senatu, ac populo, d. c. Constantinus, d. c. fundamenta, qui quidem populus consentiente Imperatore, in quem omnem potestatem transtulit, juxta l. 1. ff. de constitut. Principum, ipsam potestatem, & dominium in alium transferre poterat, ex regula text. in cap. 1. de regulis juris: sicut etiam † potest regis electionem facere ex aliquo justo capite, prout resolvunt Anton. Gomez l. 40. Tauri, num. 9. Mench. illustr. lib. 1. c. 22. num. 3. & 12. Gutier. de tutelis, & curis, p. 1. c. 18. num. 10. Cald. Pereira in l. si curatorem, verb. hunc contractum, à num. 48.

Post prædictam Constantini donationem ita ab hæreticorum impugnatoribus defensam Summus Pontifex Leo III. ex circumstantiis suo tempore occurrentibus, & relatis à gloss. verb. transtulit, in cap. venerabilem, de elect. & à Doctoribus infra citandis, postulante sine supernaturali, ac Ecclesie defensione, rectoque ipsius regimine in spiritualibus, potuit transferre in personam Caroli Magni imperium à Græcis in Germanos, & disponere de Imperatoris electione, confirmatione, coronatione, & juramento fidelitatis, insimul præscribendo formam & conditiones, quas justè in his omnibus adhibuit, eaque omnia sibi reservando, præter eligendi potestatem: quam quidem Summus Pontifex † Gregorius V. post prædictam imperii translationem primus concessit illis septem Germanie magnatibus, nempe tribus Ecclesiasticis, & quatuor sæcularibus, quos nuncupatim refert gloss. verb. autem, in cap. Apostolicam, de re jud. lib. 6. quam sequitur Navar. d. notab. 3. num. 3. & post alios referunt hoc totum Molina dict. tract. 2. disp. 24. & disp. 29. col. penult. vers. ad primum, Francisc. Leo d. p. 1. c. 1. n. 15. & 16. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 4. c. 19. q. 7. & lib. 1. c. 8. q. 4. Fr. Ludov. Miranda de ordine judiciario q. 2. art. 3. concl. 5. in fine, Petrus Marizius in suis dial. vera historiae, dialogo 2. c. 5. fol. 55. & cap. 6. fol. 60. Anguian. de legib. lib. 2. controu. 17. à num. 39. post plures hujus tractatus impressiones à me visus. Illustriss. Card. Bellarm. d. lib. 5. c. 8. vers. 7. cum sequentibus, & in tract. de translat. imperii, lib. 1. cap. 4. cum sequentibus, juncto cap. 12. & juncto lib. 2. per totum, ac etiam lib. 3. per totum, maximè c. 3. ubi latissimè de prædicta imperii translatione, progressu, & delatione. Et licet hæc omnia ex se temporalia sint, tamen per Summum Pontificem fieri oportuit, juxta supradicta, ne aliter imperium cum periculo, quod antiqua incommoda iterarentur, ad Græcos rediret, nevé inter ipsosmet Latinos contingeret in Imperatorem eligi aliquem hæreticum, aut schismaticum, aut pravis moribus imbutum, cum tanto Ecclesie, Fidei, & spiritualis boni detrimento, ut benè considerant Nav. P. Molina, & Card. Bellarm. dictis locis, & sentit P. Suar. de defensione Fidei Catholica contra Anglicana secta errores, lib. 3. cap. 22. num. 23.

Unde Imperator, defensor, & advocatus Ecclesie dicitur, ut probat text. in d. c. venerabilem, ibi, Sedes Apostolica advocato, & defensore carebit, dum de Imperatore eligendo agitur. Clementin. ne Romani, de electione, ibi, ipsius Ecclesie debeant esse promptissimi defensores, notat Valdes. de dignitate Regum, Regnorumque Hispania, c. 1. num. 4. advertens c. 14. à num. 2. quod

oleum, quo ungitur Imperator, significat lætitiā, & promptitudinem ad debellandos inimicos Ecclesie; & pugnandum pro Fide.

Quamvis olim ante prædictam imperii translationem Imperialis dignitas attenda sua natura non fuerit à Summo Pontifice, sed ab ipso Deo mediante jure gentium, juxta text. in l. ex hoc jure, ff. de justitia & jure, & l. 2. C. de veteri jure enucleando, prosequitur Mench. illustr. lib. 1. c. 21. à num. 23. † Post hujusmodi tamen translationem à Summo Pontifice factam cum prædictis conditionibus, & dependentiis, Imperialis dignitas ut sic à Summo Pontifice habetur, & ab eo in hunc sensum instituta dicitur, ut in effectu considerant Navar. d. notab. 3. num. 127. cum duobus sequent. Molina ubi proximè, expressit Card. Bellarm. sub d. vers. 7. Suar. eleganter explicans de legibus lib. 3. c. 7. sub num. 7. juncto num. 12. & 13. ita ut immeritò observent Navar. d. num. 127. Molina d. disp. 29. sub vers. ex dictis infero, † Imperium Germanicum post prædictam translationem magis pendere à Summo Pontifice, quàm aliud quodlibet Regnum.

Hinc fit, quod Summus Pont. Imperatorem potest deponere, ut in cap. ad Apostolicam, de re judic. lib. 6. Restaur. in tract. de Imperat. quest. 81. Garc. Mastrill. de magistrat. lib. 1. cap. 2. num. 8. & in aliis exemplis adductis ab Illustriss. Card. Bellarm. d. lib. 5. c. 8. & à Marta de jurisdic. p. 1. c. 23. ac Suar. de defensione Fidei Catholicae, lib. 2. cap. 23. num. 14. † Potestque electionem de Imperatore improbare, si ei idoneus non videtur, arg. text. in d. c. venerabilem, ibi, jus, & auctoritas examinandi personam electam, probat Peregr. de jure fisci lib. 1. tit. de his, qui jura fiscalia habent, num. 5. pag. mihi 10. Et ex rationabili causa alium eligere, ut sentit Don Garf. Mastrillo d. cap. 2. num. 7. † Et in aliam gentem Imperium transferre, Chassan. in catalogo gloria mundi, part. 5. consider. 28. Lancelot. in templo omnium judicium, lib. 1. §. 31. de oblig. imper. Alvarez in speculo Pontificum, & Regum, cap. 16. num. 13. & c. 13. num. 17. & cap. 56. Garf. Mastrillo d. cap. 2. num. 8.

Ex qua Imperatoris dependentia sic in eo respectu finis supernaturalis fundata, Summi Pontifices & scripto, & non scripto jure constituerunt, quod vacante imperio jurisdictio, regimen, & dispensatio ejus devolvatur ad summum Pont. juxta text. in cap. licet, de foro compet. & in d. Clement. pastoralis, in fine, vers. nos tamen, & in Extravag. unica, vers. sanè, ne sede vacante, Joan. X XII. Don Garfias Mastrillo d. lib. 1. cap. 2. num. 10. eo maximè, quia cum Imperium per electionem liberam, ac vagam deferatur, Imperator mortuus non relinquit successorem, neque aliquem, qui illud tanquam sibi debitum gubernet, prout solent relinquere alii Reges ferè omnes, etiam illi, qui per electionem populi assumuntur; quippè qui per suorum regnorum statuta relinquunt alios, qui regni curam gerant, donec fiat futuri Regis electio intra breve tempus facienda, quod cum aliter se habeat in imperio, considerarunt Summi Pontifices, quod magnum periculum insurgeret, ne scilicet Imperatore mortuo populus præceps ruat in vitia, ac scandala, quibus à via æterna, & ita à fine supernaturali impediatur, & etiam quod imperio sic vacante non erat sæcularis gubernator ad quem eo tempore recursus haberetur, & idè quasi ex reg. text. in cap. ex tenore, de foro compet. constituerunt ad seipsos pertinere regimen Imperii vacantis, ut constat ex d. cap. licet, & ex d. vers. sanè, & colligitur efficaciter ex his, quæ ad intellectum eorum jurium considerant Castald. de Imperatore, quest. 90. Navar. d. notab. 3. num. 107. Molina dict. disput. 29. column. penult. vers. ad ultimum, Illustriss. Cardin. Bellarm. dicto lib. 5. cap. 5. vers. ultimo. Ad quæ autem extendatur jurisdictio Summo Pontifici competens vacante imperio, ultra citatos vide Mench. illustrium lib. 1. cap. 22. num. 1. cum sequent.

94 Sexto infertur Summum Pontificem in ordine ad finem supernaturalem posse abrogare leges Civiles scriptas, & non scriptas, approbantes peccata subditorum, & pro illis præmia concedentes, aut quomodo libet eidem fini, & bono spirituali adversantes, si earum conditores à Summo Pont. moniti, & requisiti noluerint revocare, ut post gloss. 1. in reg. possessor, de regulis juris lib. 6. & gloss. verb. torneamenta, versic. sed supposito, in Extravagant. 1. Joannis XXII. de torneamentis, resolvunt Mantua dialogo 64. Mench. de success. creat. §. 10. num. 649. Padil. in l. 2. num. 78. C. de servitui. Pinel. in auth. nisi, num. 11. & 36. C. de bonis maternis, Molina d. disput. 29. vers. ex dictis Soto, Suar. de legibus, lib. 3. cap. 6. num. 6. cum sequentibus, & de defensione Fidei Catholice lib. 3. cap. 22. num. 10. latè Anguian. de legib. p. 2. controvers. 17. à num...

95 Amplia hanc sextam illationem ad leges civiles peccata etiam venialia solum approbantes, has etenim Summus Pontifex in defectum ejusdem sæcularis Legislatoris abrogare potest, quia per eas in sua proportionem etiam offenditur bonum spirituale, dum subditi invitantur, aut coguntur ad illud, quod absque peccato veniali, & ita absque injustitia fieri nequit, in quo sanè pariter ac leges mortale peccatum approbantes deviant à vera legis substantia, quæ pro hac parte consistit in eo, ut ipsæ ferantur de re tali, quæ justè & honestè fieri possit, ita ut aliter nullæ sint, juxta text. in cap. erit autem lex, 3. dist. ubi notant omnes. Unde meritò hanc ampliationem post Butrium tenuit Abb. in cap. ult. de præscript. sub num. 2. & alii, quos refert Alciat. paradox. lib. 5. cap. 3. num. 2. Padil. in d. l. 2. num. 79. dicit communem Anton. Gomez l. 82. Tauri, sub num. 52. Sic etiam Ordinatio Regia Lusitanorum

96 l. 3. tit. 64. in princ. statuens ꝑ legem Canonieam in foro Civili servandam, quando agitur de peccato, sic desumpta ex Doctoribus in cap. 1. & 2. de novi oper. nunciacion. & gloss. in cap. 2. de arbitris, lib. 7. & ex Surd. decis. 158. num. 9. & de alimentis tit. 7. quest. 29. num. 11. Azeved. ad tit. 1. num. 17. lib. 2. nova recopilat. Camil. Borel. in summa omnium decisionum, tit. 13. de legibus, num. 81. intelligitur etiam de peccato veniali, prout benè ampliatur præceptor communis Ludovicus Correa in privatis scholiis ad d. c. ult. de præscript. super illis verbis, cum generaliter, &c. vers. Ad tertium verò fundamentum.

97 Sed adversus hanc ampliationem tenuit Alciat. & alii ab eo relati, cap. 3. num. 4. pro quibus non facit text. cui plurimum innituntur in cap. novit, de judiciis, dum Pontifex sub vers. Cum enim, videtur polliceri se judicaturum tantum de peccato laïcorum, quod mortale fuerit. Respondetur enim illum text. procedere in universali judicio, & sententia à Summo Pontifice ferenda in causa denunciationis Evangelicæ, ad quam devenitur præmissa correctione fraterna; in hac etenim causa ipse judicare poterit de peccato mortali tantum, non verò de veniali commisso ex sola delinquentis culpa, & auctoritate; aliter enim cum peccata venialia quotidiana sint, juxta text. in cap. de quotidianis, de poenis distinct. 3. si possent ad forum contentiosum deduci, ultra fraternam correctionem privatam, contingeret Rempublicam quotidianis litibus turbari cum magno suæ tranquillitatis præjudicio, contra naturam denunciationis Evangelicæ, quæ oppositum postulat,

98 utpote ꝑ continens præceptum affirmativum, non obligans quoad actum, seu exercitium, nisi pro loco & tempore, data scilicet commoditate, & opportunitate ex parte denunciantis, & denunciati, & cujuslibet alterius tertii, cui per eam denunciationem præjudicium irrogandum non est, juxta tradita per D. Thom. 2. 2. quest. 33. art. 2. in corpore, Sot. de ratione tegendi sec. memb. 2. quest. 2. vers. Ad questionem, & de justitia lib. 2. quest. 3. art. 7. vers. In primo, Navar. in man. cap. 24. num. 12. & in d. cap. novit 4. latè Fr. Ber-

nard. in tract. de correctione fraterna, conclus. 5. condit. 6. Fr. Ludovic. in instructorio conscientie, part. 1. cap. 69. quod tamen secus est in judicio, & determinatione Summi Pontificis circa abrogationem legis ad peccatum veniale invitantis; quippe quod ad hujusmodi abrogationem nec opus est correctione fraterna, & denunciatione Evangelica contra legislatorem ad eandem abrogationem aliunde à Summo Pontifice requisitum, nec multiplicit per diversas lites ad summum Pontificis judicium delatione, sed una solum, vel altera sufficit, ut absque Reipublicæ perturbatione possit ab eo taliter abrogante exterminari scandalum supradictæ legis.

Nec etiam facit text. per argumentum à contrario sensu in cap. ult. de præscript. ibi, quæ absque mortali peccato, &c. ꝑ quia respondetur in proposito non valere prædictum argumentum, quia scilicet ex illo sequeretur absurdum, juxta ea, quæ de hoc argumento in his, & similibus terminis tradunt Menoch. de præsumpt. lib. 4. quest. 83. num. 55. Gama Lusitania decis. 167. num. 8. Valasc. consult. 136. num. 7. plures alii citati in libello de principiis utriusque juris, littera A, num. 131. Ideo autem in d. c. ult. Pontifex de facto egit de peccato mortali, non quia secus sit in veniali, sed quia voluit assignare rationem undique proportionatam præscriptioni cum mala fide per eum reprobata: quæ quidem præscriptio cum non versetur circa res minimas, sed circa res notabilis valoris, semper supposita mala fide includit peccatum mortale resultans ex injusta earum retentione.

Septimò infertur suadente causa boni spiritualis posse Summum Pont. laicos ad temporalia legitimare, probat text. in cap. per venerabilem, vers. rationibus, ibi, certis causis inspectis temporalem jurisdictionem casualiter exercemus, &c. qui filii sint legit. text. elegans in Extravag. unam sanctam, vers. in hac, de majoritate & obed. ubi explicans auctoritatem Christi Domini Luc. 22. accommodans ad duplicem potestatem Ecclesiasticam & Civilem, refert contra eos, qui in potestate Ecclesiastica gladium temporalem esse negant, & concludit oportere gladium esse sub gladio, & temporalem auctoritatem spirituali subijci potestati, in quam rem adest elegans Caietani doctrina, quam refert, & auream dicit Cevall. communium contra communes quest. 739. num. 41. Quare hanc illationem tenent Abb. in d. c. per venerabilem, num. 25. Molina de justitia tract. 2. disput. 173. in princip. Garc. Mastrill. de magistr. lib. 3. cap. 10. à num. 41. me citato in hoc loco, Janes Fajardo ad cap. tanta, qui filii sint legit. memb. 1. num. 45. Exempla autem hujus boni communis spiritualis accommodabis ex his, quæ in simili tradit Sayr. de censuris lib. 6. cap. 11. num. 19. & ex his, quæ in hoc propositum cumulant Sanchez de matrim. lib. 8. disput. 7. num. 1. Garc. Mastrill. d. c. 20. num. 41. ubi exemplificat quando causa ardua accideret, in qua valde Religioni Christianæ expediret ea legitimatio: veluti si Princeps petatur in matrimonium ab infideli, quæ cum suo Regno ad Fidem vult converti; vel si maximæ discordiæ, & bella timeantur inter Christianos Principes in Ecclesiæ perniciem, quod tamen limitat Molina ubi proxime, ut procedat si non detur potestas temporalis, quæ legitimationem faciat, vel eam concedere differat, & non tam citò concedat, ut oportet: quod Ego non reciperem attenta principali hujus corollarii resolutione.

Rectè etiam potest Summus Pontif. ad temporalia legitimare Principem supremum, qui in temporalibus nullum recognoscit Superiorem, & probat text. in d. cap. per venerabilem, §. insuper, ubi rationem reddens, quare filios Regis Francorum ad temporalia legitimare potuit, ait: Quia cum Rex Superiorem in temporalibus minimè recognoscit, sine juris alterius læsione, in eo se jurisdictioni nostræ subijcere potuit: junctis

junctis iis, quæ tradit Anguian. *de legib. lib. 2. contr. 17. a num. 79.* Præcipuum enim fundamentum, ex quo Summus Pontifex ad temporalia directe laicos legitimare non potest, est illud ex defectu potestatis, quam subditi prorogare non possunt in reservatis Principi, cui subjiciuntur in signum supremæ potestatis, atque ita in grave ejusdem Principis præjudicium; quæ quidem ratio cum cesset in ipso Principe supremo, qui in temporalibus Superiorem non recognoscit, & jurisdictioni Pontificis se subicit, ideo merito decidit Pontif. *in d. vers. insuper*, posse filios supremi Principis legitimationem petentis, & se Pontificiæ jurisdictioni subjicientis legitimare: notant omnes *in d. cap. per venerabilem*, ut per Abb. *ibi*, num. 11. Anchar. 12. Præpos. 115. Tiraq. *de nobilit. gloss. 21. num. 44.* Cervantes *l. 12. Tauri*, num. 101. Ex quibus colliges, justè Summum Pont. Clementem IV. potuisse filios Alphonsi III. Portugalix ex Beatrice illegitimè susceptos vivente adhuc Matilda Bononiæ Comitissa ipsius prima uxore, legitimare ea mortua, ex eo, quia Portugalix Reges neminem in temporalibus recognoscebant Superiorem, ut supra probavi *hoc cap. n. 59.* Sunt tamen, qui hanc veram resolutionem in his terminis sumptam infringere intendunt, eo moti argumento, quia si Papa posset filios superiorem non recognoscentium ad temporalia legitimare, esset præcipue ad hæreditatis paternæ, & Regni successionem: sed hoc non posse fatentur omnes, argum. text. *in cap. grandi*, *ibi*, *ipsius legitimo filio*, *de supplen. neg. Prælat. in 6.* ubi notant Jaf. Domin. & alii, quos refert Joan. Garc. *de nobilit. gloss. 21. num. 45.* & deducitur ex his, quæ ad majoratûs successionem resolvunt Molina *de primog. lib. 3. c. 2. n. 11.* Rojas *in epitome succession. cap. 23. a num. 15.* & latè Peregr. *de fideicom. art. 23. a num. 50.* Adducunt etiam contra hujusmodi assumptum non facere text. *in d. cap. per venerabilem*, quem pro nostra opinione supra allegabamus; aiunt enim in illius terminis à Summo Pontifice filios legitimatos patri Philippo Augusto in regno non successisse, sed potiùs Ludovicum VIII. Ludovici patrem, ortum ex Isabella I. ejusdem Philippi legitima uxore, ut testatur Cujac. *ibi*, & plenius refert Paul. Emil. *in vit. Philippi August.* cum tamen dicendum videretur ad Philippum, si ex legitima uxore natus esset, Regni successionem pertinere, quia natus est postquam pater ad Regiam dignitatem evehctus est, ac subinde aliis senioribus antea susceptis debuit præferri, ex doctrina gloss. *verb. nata sunt, in l. imperialis, C. de nupt.* quam sequuntur plures, quos refert Tiraq. *de primog. q. 31. a princip. & num. 8.* Sed facilè satisficit negando consequentiam, quia non sequitur eos, qui ad temporalia legitimare possunt, posse legitimare ad Regni, majoratûsque successionem, in quibus sequentium, seu vocatorum præjudicium vertitur, ut patet in legitimationibus factis ab Imperatore, seu aliis supremis Principibus, ad quos absque ulla controversia pertinet potestas legitimandi ad temporalia, non tamen ad hujusmodi successionem regnorum, majoratuum, & similibus ratione præjudicii, quod proximioribus vocatis infertur, ut alibi latius dicemus.

Ex quibus sequitur à Summo Pontifice legitimationem præstitam non suadente causa boni spiritualis, aut inter Principes nullum recognoscentes Superiorem, vel extra casum in quo dispensat in radice matrimonii, in terris imperii minimè prodesse ad successionem hæreditariam, & alios sæculares effectus, quod tenet gloss. 2. *in d. cap. per venerabilem*, quam de subtilitate Juris plus sibi placere, & in praxi servari profiteretur *ibi* Abb. num. 22. *in fin.* & ante eum Anton. num. 10. Ancharan. num. 21. & Cardin. num. 9. Guillelm. Benedict. *in cap. Rainutius, verb. uxorem*, num. 198. Covar. *de sponsalib. part. 2. cap. 8. §. 8. a num. 14.* Rojas *in epitome success. cap. 2. a num. 12.* Aug. Barbofæ de Episcop. Pars I.

Molina *de primogen. lib. 3. cap. 2. numer. 11.* ait Molina *de justit. disput. 173.* Joan. Garc. *de nobilit. glossa 22. num. 42.* Peregr. *de fideicom. art. 23. num. 5. & num. 32.* Sanch. *de matrimon. lib. 8. disput. 7. a num. 1.* Cabed. *Lusitan. decis. 69. num. 24. parie 2.* Garc. Mastrill. *d. lib. 3. cap. 10. num. 40.* & confirmant ex *d. c. per venerabilem, vers. insuper*, ubi Summus Pontif. rescribit legitimationem pro filio Regis Franciæ ea ratione concedere potuisse, quod ille Rex in temporalibus nullum Superiorem recognoscebat, cui læsio, vel injuria ex legitimatione fieret, sic planè ostendens quod eam non posset concedere illis, qui Imperatori, vel aliis sæcularibus dominis fuerint subiecti. Probant etiam ex generali illa utriusque potestatis, Ecclesiasticæ, & temporalis distinctione, secundum quam Imperator, & sæculares Principes de spiritualibus se nequeunt intromittere, nec Pontifex de temporalibus, *c. cum ad verum*, 99. *distinct. cap. solita, de majorit. & obed.* tum quia generaliter receptum est, legitimationem à quocumque Principe supremo factâ ad bona in terris alterius imperii existentia non extendi, ut post Abb. Anch. Præpos. Alexand. Dec. & alios, quos referunt, & explicant Covar. *d. §. 8. num. 14.* Cabed. *d. decis. 69. num. 19.* & magis communem latè disputans resolvit Fachin. *controvers. lib. 3. cap. 48.* constat autem Summum Pontif. extra Ecclesiæ patrimonium quoad temporalia nullum habere territorium, ut fatetur *d. c. per venerabilem, in vers. rationibus*, & per se notum est ex *d. c. cum ad verum*.

Ex quibus rationibus, quamvis hæc opinio communiter à Doctoribus recepta sit, contrariam verò, quod scilicet Summus Pont. non solum ad spiritualia, sed etiam ad actus sæculares factos possit legitimare in terris Imperii, non vulgares sustinent Doctores, eam confirmantes ex textu *in dict. cap. per venerabilem, vers. quod autem, ibi*, ut eos ad actus legitimare valeat sæculares, & *in versic. præterea*, & *in versic. rationibus*, ex quorum numero sunt Hostiens. *ibi*, & Præposit. *a num. 17.* Alex. de Nevo num. 17. idem Host. *in sum. tit. qui filij sint legit. §. qualiter*, & *a quo, sub num. 11. vers. salva reverentia*: ubi ponit rationem, quia si potuit facere filios illegitimos, prohibendo matrimonium in certis gradibus, multo magis potest facere legitimos removendo impedimentum Canonis prohibitivi, Cels. Hugo *conf. 31. num. 7.* Martin. Laudens. *de illegit. sub num. 85.* Put. *decis. 483. num. 4. lib. 1.* Valentin Forster. *de success. lib. 6. cap. 34. q. 2. num. 17. vers. aut legitimat*, latè & eleganter Rota *in Hispal. legitimitatis*, 4. Februarij 1613. coram Ubaldo sen. impressa per Marches. *de commission. p. 3. pag. 355. cum seqq.* Anastas. Germon. *in paratitl. Juris Canonici, tit. qui filij sint legitimi*, multis suffulti rationibus.

Prima, quia jus legitimationis oritur ex radice matrimonij, & ex illa surgit legitimorum, & illegitimorum differentia, ex reg. *l. filium desinimus, ff. de his, qui sunt sui.* Sed disponere de matrimonio solius est Papæ, & Ecclesiasticæ potestatis, *cap. tuam, de ordine cognit.* sicut de ipsius defectu, *cap. 3. de donation. inter virum & uxorem*, juncta regul. *cap. quanto, de judic.* Ergo legitimare illegitimos ad solum Papam pertinet, etiam in temporalibus, non ad sæculares Principes; nam cum supponamus matrimonium fuisse nullum propter impedimentum juris positivi, impedimentum revocare potest Pontifex dispensando in radice matrimonij, ac si tempore matrimonij contracti non existeret, & consequenter filii ex eo suscepti, quoad omnia spiritualia, & temporalia manent legitimi, ut de legitimatione in radice matrimonij loquentes tenent Joan. Andr. Abb. n. 32. Cardin. *quest. 9.* Præpos. n. 74. *in d. cap. per venerabilem*, Molina *d. cap. 2. n. 11.* Peregr. *art. 24. n. 77.* Navar. *conf. 2. sub tit. qui filii*

filij sint legitimi, Henriquez *in summa*, lib. II. cap. 20. §. 2. Sayr. *de censuris* lib. 6. cap. II. n. 6. & plenè relati à Sanchez *d. disput.* 7. n. 4. attestante sic in Granatenfi, & supremo Rotæ Prætorio, & aliis provinciis fuisse iudicatum: nam, ut bene dicit Rota *in d. Hispanensi legitimitatis*, cum per legem Canonicam esset inducta illegimitas filiorum natorum ex conjunctione eo jure prohibita, sequitur ut ea sublata per dispensationem in radice, filij remaneant in eo statu, in quo essent, si nulla adesset Canonica prohibitio.

106 *Secunda*, quia apud omnes est indubitatum, posse Papam legitimare laicos subjectos Principi sæculari quoad omnia spiritualia, Ordines, Episcopatum, & similia: monstruosum autem (ut text. *in d. cap. per venerabilem*, ait) videretur legitimatum quoad omnia spiritualia, quæ majora sunt, & excellentiora, ex reg. *cap. solita, de majorit.* non esse legitimatum ad temporalia, quæ minora sunt, contra reg. *cui licet quod est plus, licet utique quod est minus*, § 4. *de regulis juris* in 6. quam etiam in materia privilegiorum, & dispensationis procedere probat text. *in c. ex parte* 27. *de decimis*, cum traditis per me *part. 2. alleg.* 33. n. 11.

107 *Tertio*, quia id quod potest Summus Pontifex per viam legis generalis, potest etiam data justa causa efficere per resciptum in casu particulari: patet, quia defectus potestatis ex utriusque distinctione, Ecclesiasticæ scilicet, & sæcularis, vel utrumque conclusit, vel neutrum; æquantur enim hæc duo, scilicet disponere super aliquo actu, vel super illum legem ferre, ex notatis *in l. ult. Cod. de legibus*, sicut etiam potestas iudicandi de aliqua causa, vel ferendæ legis super illa, æquantur, ex Archid. Innocent. & aliis, quos sequitur Dec. *in cap. 2. n. 27. de iudic.* Sed constat per legem generalem posse Summum Pontificem legitimare, etiam quoad temporalia, ut constat in exemplis, de quibus *in c. tanta*, & *in cap. quod nobis*, & *in cap. ex tenore*, qui filij sint legitimi: ergo, &c.

108 *Quarta*, quia legitimare non est jurisdictionis contentiosæ, quæ in invitum, sed voluntariæ, quæ in solos volentes redditur, *authent. quibus modis naturales efficiantur sui*, §. *generaliter*, collat. 7. juncta reg. text. *in l. ult. ff. de his, qui sunt sui*, notat Costa *in §. quid si tantum*, *part. 2. num.* 109. & 117. Duen. reg. 350. *limit.* 9. & post Dec. Cabed. *dicta decis.* 69. num. 14. Constat autem ea quæ sunt jurisdictionis voluntariæ, licitè exerceri volentibus partibus, extra territorium, *l. 2. ff. de officio Procons.* cum aliis, de quibus Covar. *lib. 5. variar. cap. 20. à num.* 8. ergo & in terris Imperij, & extra Ecclesiæ patrimonium poterit Papa se subjicientibus, & volentibus legitimaciones concedere.

109 Propter quas rationes ad utramque partem adductas difficilis redditur hæc quæstio, variasque patitur distinctiones: inter omnes prima, præcipua, & generalior, ad quam omnes aliæ reducuntur, illa est, quod directè ad temporalia extra Ecclesiæ patrimonium Pontifex laicos legitimare non vult, quod evincunt argumenta pro prima opinione adducta; indirectè tamen, & casualiter dispensat aliquibus casibus, ut ait text. *in d. c. per venerabilem, vers. rationibus*, me citato *in hoc loco*, Faiard. *d. memb.* 1. n. 94. & concludunt fundamenta aliqua ex his, quæ pro secunda opinione consideravi, & deinde generalis illa regula est, quod quis non potest directè, & principaliter, potest indirectè. & in consequentiam alterius, quod sibi licitum est, *l. quoties*, *Cod. de iudic. c. pen. de restit. in integr.* juncta vulgari regula, quod ea quæ veniunt in consequentiam, non attenduntur, *l. 1. in princip. ff. de auctorit. tutor.* cum similibus, de quibus Mantua *Paralipom. dialog.* 47. quæ quidem regula intelligenda est in his, quæ sequuntur necessariò, & sine quibus principale maneret inutile; non ita tamen dispensatio comprehenditur, vel trahitur ad consequentia, quæ separabi-

lia sunt, & sine quibus dispensatio, & dispensandi potestas stare potest, & utilis est, ut arg. text. *in l. ult. §. Lucius, ff. de condit. indeb.* ex Oldrad. & aliis explicant Rebuff. *in praxi, tit. de dispens. ad plura*, n. 77. & adducti per Sanch. *d. lib. 8. disp.* 1. à n. 20.

Si aliquando dubium fuerit de matrimonij parentum validitate, tunc poterit Summus Pont. laicos legitimare ad temporalia, quia cum ad eum pertineat explicare dubia super matrimonij validitate, *cap. tuam, de ordine cognit.* potest in hujusmodi consequentiam legitimare prolem ad omnia, tam spiritualia, quam temporalia: deinde hæc resolutio colligitur ex auctoritate *d. cap. per venerabilem*, *in vers. verum si veritas*, juncto infra ibi, *de filijs ergo ejusdem Regis*, *utrum fuerint legitimi, vel illegitimi*, *quandiu pendet quæstio affirmatis objecta*, potest non immeritò dubitari: quibus verbis ut Pontifex astrueret potestatem, qua filios Regis ad temporalia legitimavit, præcipuè considerat dubium, quod vertebatur coram ipso Pont. super matrimonij validitate, & ex professo eandem rationem confirmat *in vers. Rationibus*, ex auctoritate *Deuteron.* 17. ubi continetur: *si difficile & ambiguum iudicium apud te esse perspexeris, &c. venies ad Sacerdotes Levitici generis, & apud iudicem qui fuerit illo tempore*: quam auctoritatem postquam erudite explicavit, colligit ex ea probari quoties aliquid est difficile, & ambiguum, ad Sedis Apostol. iudicium esse recurrendum, indeque infert, quod cum filiis Regis dispensavit, quia dubium erat an matrimonium, ex quo nati sunt, ab initio fuerit validum; eadem ratione dubii super matrimonium non solum legitimos filios, sed etiam hæredes patris iudicavit Pont. *in c. 1. & 2. & in c. perlatum*, & *in c. quod nobis, qui filij sint leg.* Ex quibus hanc resolutionem sequuntur, & comprobant Anton. n. 10. *in fine*, & Præpos. n. 6. *ad med. in d. c. per venerabilem.* Molin. *d. c. 2. n. 22.* Sayr. *d. c. 11. n. 7.* Sanch. *d. disp.* 7. n. 10. Quicquid aliud teneat Cervantes *in d. l. 12. Tauri*, n. 99. exemplum adducens de solemnè illa sententia Clementis VII. in favorem Catharinæ Reginae Angliæ, quam refert Castro *de lege pœnali lib. 1. c. 11.* In supposito dubio super matrimonio, ex eo trahi fundamentum potestatis Pontificis, ut verbis utar Antonii citato loco.

Hæc pauca in materia adeò ampla prælibare sufficiat, quæ quidem absolutius, Deo favente, in lucem aliquando dabimus.

CAPUT III.

De Constantinopolitano Patriarcha.

SUMMARIUM.

- 1 Constantinopolis civitas à Constantino Imper. qui eam repavit, sic dicta.
- 2 Bizantium cur primùm Constantinopolis appellata fuit.
- 3 Constantinopolis nova Roma dicebatur.
- 4 Constantinopolitana Ecclesia Romana appellabatur.
- 5 Constantinopolitana Ecclesia post Romanam primus locus datus fuit.
- 6 Cap. renovantes, 22. dist. declaratur.
- 7 Constantinopolitana Ecclesia multis cohonestata erat ministris.
- 8 Constantinopolitana & Alexandrina Ecclesia parem dignitatem cum Ecclesia Romana non habuerunt.
- 9 Cap. mos antiquus, 65. dist. declaratur.
- 10 Constantinopolis sub Rege Turcarum VII. Mahumete capta anno 1453.
- 11 Constantinopolitano Patriarcha quæ Metropoles, & Archiepiscopatus olim fuerint subjecti, ostenditur.

Constantinopolitanam civitatem à prima ejus origine Dei admonitu ædificatam fuisse tradit Sozomen. *Ecclesiastica historia lib. 1. cap. 2.* Hæc

Hæc cum † Bizantium prius diceretur (cujus Bizantinis civibus B. Petrus Apostolus Episcopum misit, ut scribit Cardin. Baron. *annalium tom. 1. sub anno Christi 44. pag. 304. in vers. 1. describit*,) à Dausanio Spartano primum condita, si sequamur Justinum, vel secundum Eustathium à Brize Megarensium classis Præfecto, si credamus Petr. Gregor. *synagn. Juris lib. 15. cap. 5. num. 7.* ob nobilitatem tamen, amplitudinemque à Magno Constantino Imper. postea mirificè consequutam, ab illo quoque nomen feliciter mutuavit, cœpitque Constantinopolis dici, ut advertunt Nicephor. *Ecclesiastica historia lib. 7. cap. 48. & seq.* Petr. Gillius *in lib. de Constantinopolitana civitate*, & Petr. Gregor. *d. num. 7.* Et licet à principio Pontifices justissimè moveri potuerunt, ut secundum locum post Romanam Ecclesiam deferrent potius Alexandrinæ, & Antiochenæ, quia civitates apud Romanos Ægypti & Syriæ erant Metropoles, & capita; postea tamen ex justis notabilibusque causis Constantinopolitana Ecclesia ad verum Patriarchalis Sedis titulum & honorem Vigilij Papæ decreto assumpta fuit, ut observat Francisc. Torres *de actis veris sanctæ Synodi, sub can. 36. in vers. postea Vigilius*: contigit autem id post Alexandrinam, Antiochenam, & Hierosolymitanam, ut docet Catechismus Roman. *p. 2. cap. 7. de Ordinis sacrament. num. 17.* & sensit integra *cap. inter quatuor, de majorit. & obedient.* arguendo ex ordine litterarum, quamvis Hierosolymitanum ultimo loco fuisse admittam, non sine fundamento sentiant alij, de quibus jam memini. Ad erectionem autem Constantinopolitanæ Ecclesiæ in veram Patriarchalem duabus potissimum causis ac considerationibus motam fuisse Apostolicam Romanam Sedem considero quibus insitam suam Ecclesiarum & Christi fidelium maternam sollicitudinem judicavit. Hæc una est publicum bonum pacis jamdudum ex una prætensione inter Græcam ac Latinam Ecclesiam cum magno Orbis scandalo turbatæ ac deperditæ conciliandæ. Altera principalior est vis gratitudinis in Constantinum Imper. à quo insignia beneficia acceperat in munificentissima ab eo donatione sibi facta, de qua agimus suprâ *hoc tit. cap. 2. à num. 68.* justissimum namque, ac congruentissimum fuit, ut tam illustre Constantini Magni servitium, tam larga manus, tam beneficis in Romanam Ecclesiam Imperator, qui Romanum Imperium veneranda Christianorum fide munivit, *l. Divi, C. de naturalib. lib. 8. & qui post ædificatas, dotatasque nobiliores Urbis Ecclesias, assiduis quoque laboribus, ac expensis in utraque toga Christianam Remp. augere, tueri, & conservare non destitit, hac afficeretur saltem gratitudine, quod Sedes Episcopi sui post Romanam Sedem primum Ecclesiasticarum prærogativarum, & Patriarchalium Sedium locum assequeretur, quod in terminis tetigit Wolfgang. Lazius. de Republ. Romanorum, lib. 2. cap. 2. vers. atque hæc de Orientis prætorio, & latius Matth. Ugon. de Patriarchal. præstantia, col. 2. vers. rectè instat.* Unde cum Constantinus relicta Roma, Sedem suam Bizantium (id est, Constantinopolim) transtulisset, cœpit Aquila (quæ insigne est Romani Imperij) biceps fieri, ut hæc duo capita Orientis, & Occidentis significaret, quod inter alios ponderant Lancelot. *Cont. in templo omnium Judicium, lib. 1. cap. 1. §. 1. vers. Imperator est mundi Dominus, q. 1. num. 5.* Petr. Gregor. *synagn. Juris part. 2. lib. 15. cap. 5. num. 8.* Et Regia Sede ad Bizantium sic translata, illud nomine suo, pluribusque privilegiis Constantinus exornavit, & non solum † Constantinopolis, sed etiam nova Roma esse, & appellari meruit, ut in prima Constantinopolitana Synodo, *can. 3. alias 5. relato in c. Constantinopolitana, 22. distinct.* ubi sic habetur: Constantinopolitana Civitatis Episcopum habere, oportet Primatus honorem post Romanum Episcopum, propterea quod sit nova Roma: refert Justinian. Imper. in *auth. ut Aug. Barbof. de Episcop. Pars I.*

ordinaria præfectura, *vers. renovantes, collat. 5. ibi, Urbana præfectura senioris Romæ, & non videlicet hujus nostræ.* Idem in *auth. de Ecclesiasticis titulis, §. sancimus, collat. 6.* dum ait: *Beatissimum autem Archiepiscopum Constantinopoleos novæ Romæ, junct. l. 1. §. sed etsi qua, vers. Romam autem, C. de veteri jure enucl. tradunt Hieron. Cagnol. in proximo Digestorum, §. hac autem tria, num. 335. cum seqq. Ludov. Gomez ad cap. 1. num. 44. de constit. in 6. Jacob Spieg. in lex. Juris, verb. Roma nova, Petr. Greg. d. cap. 5. num. 7.* Et † Constantinopolitanam Ecclesiam, Romanam appellabant, ut ex *cap. fin. §. idem Romanorum, junct. gloss. 34. quest. 2. docent Socrat. in historia tripartita, lib. 2. cap. 9. Sotom. lib. 2. historia Ecclesiast. cap. 2. Hieron. Berucc. & Barnab. Brillon. de verborum significat. verb. Roma autem duplex, Azeved. ad Curiam Pisanam, lib. 1. cap. 11. litt. D. Cardin. Cæsar. Baron. annalium Ecclesiæ anno Christi 330. Unde † primus locus post Romanam ipsi Constantinopolitanæ Ecclesiæ datus est primum in Constantinopolitano Concilio sub Theodosio majori, *can. 5. refertur inter opera Beati Clementis pag. 226. & à Carranza in summa Conciliorum, pag. 78. in fine, & à Gratiano in d. cap. Constantinopolitana, de quo videndus est Covar. lib. 4. variar. cap. 14. n. 13. quod deinde in sexta Synodo fuit confirmatum, & refertur in cap. renovantes, 22. dist.**

Verum quia usu Romanæ Ecclesiæ multo tempore postea hoc receptum non fuit, & nihilominus Episcopi Constantinopolitani Imperatorum freti potentia illud sibi privilegium usurpare contendebant, imò Superiores esse Romano Pont. ut ex Paulo Diac. Platina, & aliis diligenter comprobat Ruffus *in apologia contra Molinum, pag. 50. cum seqq. sentit Card. Bellarm. tom. 1. de Romano Pont. lib. 2. cap. 18. in fine secundi arg. pro bono pacis Innoc. III. in generali Concilio Later. de quo in cap. antiqua, 23. de privileg. denuò concessit idem privilegium Constantinopolitanis Episcopis, ut observant Patres, qui jussu Gregorij XIII. emendationi Decreti præfuerunt, in notis ad d. c. Constantinopolitane, qui etiam rectè advertunt in d. c. renovantes, legendum esse *similia privilegia, quæ Superior Roma habet, necnon in Ecclesiasticis rebus magnificetur, ut illa, quamvis in antiquis Codicibus legeretur inferior Romæ, & non tamen in Ecclesiasticis rebus, ut etiam bene advertit Anton. August. ad Decretum lib. 1. dist. nam juxta hanc lectionem emendatam optimè probat nostrum discursum. quod sicut nova Roma, id est Constantinopolis Romæ superioris, seu antiquioris, jam nunc in temporalibus obtinet principatum totius Orientis, ita etiam in Ecclesiasticis rebus post Romam antiquam primatum obtineat, & confirmare poteris ex iis, quæ de Bizantio nova Roma à Constantino appellata omnes, vel minimum versatos nosse scribit Fiorimundus Remundus in *fabulam Joanne Papa, c. 25. num. 3. unde † ipsa Constantinopolitana Ecclesia mater Christianorum orthodoxæ Religionis appellatur in l. decernimus, C. de sacros. Eccles. id tamen intelligendum est ratione Ecclesiarum Orientis, ut optimè advertit Cardin. Baron. tom. 7. annalium Ecclesiæ, anno Christi 534. in vers. dum ergo, pag. 208.***

Unde ipsa Constantinopolitana Ecclesia ob privilegia sibi concessa, & super omnes alias Patriarchales excellentiam, multis cohonestata fuit ministris, ut describit Imper. in *auth. ut deter. sit numerus cleric. collat. 1. ibi: Sancimus non ultra quidem sexaginta Presbyteros in sanctissima majore Ecclesia esse, Diaconos autem masculos centum, quinquaginta autem feminas, Subdiaconos vero nonaginta, Lectores autem centum & decem, Cantores viginti quinque, & insuper decem ex iis, qui vocantur ostiarij. Et idem Imper. in l. non plures, C. de sacros. Eccles. loquendo de Constantinopolitana Ecclesia, sic ait: Non plures quam nonaginta quinquaginta Decani sacrosanctæ hujus amplissimæ Urbis deputentur Ecclesiæ, nullique his condendi, vel nu-*

randi, vel in defuncti locum substituendi pateat copia, quo loco Decanos accipi pro Canonicis, exponunt *ibi* gloss. & Doctores; sed melius explorato sensu Alciati *lib. 1. Parerg. cap. 50.* dicendum puto illos esse, qui offerendis ad Ecclesiam cadaveribus pium præstabant ministerium, ut optimè declarat Guido Pancirola *in thesauro variarum lectionum, lib. 2. c. 163.* Licet in stricta nominis significatione dicantur, qui decem præfunt, seu qui dignitatem decennalem habent in Ecclesia, de quibus loquitur text. *in cap. ex parte, de clericis non resid.* Unde fit ut Decanus dicatur honorabilis pars Capituli, *c. post electionem, de concess. præb. gloss. in cap. cum universas, de elect.* Sunt & Decani, hoc est, Archipresbyteri rurales, qui sunt longè inferioris dignitatis, & præminentiae, de quibus *in Clem. 2. de rescript. & in c. ad hæc, de offic. Archid.* In omnibus tamen Ecclesiis Hispaniæ & Franciæ consuetudine receptum est, ut is dicatur Decanus, qui præest toti Canonicorum collegio in choro, in incessu, comitiis, & suffragiis ferendis, de cuius officio & dignitate vide Flamin. *de resignat. lib. 1. quest. 1. num. 86.* Fr. Hieron. Roman. *lib. 3. de Repub. Christiana, cap. 10. in princ. Azor. instit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 17.* Aliter tamen apud Legistas accipitur Decanus, qui scilicet decem præest famulatoribus, sive militibus Principis, ut *in tit. C. de decanis, lib. 11.* Ratio verò (ut ad rem redeamus) quare tam magna copia ministrorum cohonestata fuerit Ecclesia Constantinopolitana, colligitur ex text. *in d. auth. ut deterior,* quia scilicet tres capellæ, sive Ecclesiæ eidem Patriarchali copulatæ erant, ubi fortè erant diversa collegia, videlicet domus gloriosæ Virginis, & Dei Genitricis Mariæ, ædes S. Martyris Theodori, & ædes S. Helenæ, in quibus diversimodè habitabant, & deserviebant prædicti omnes Diaconi, Subdiaconi, Diaconissæ, atque Presbyteri Missas, & alia divina officia celebrantes, qui etiam omnes ex ejusdem majoris Ecclesiæ redditibus nutriebantur; Diaconorum verò, & Subdiaconorum, ac Lectorum concursus ibidem habebatur, ut sub Ecclesiasticis præceptoribus in sacris cæremoniis instruerentur: quæ omnia innuntiantur *d. auth. & glossa,* ac Doctores *ibi.*

8 Hinc exierunt aliqui perperam arbitantes Constantinopolitanam, & Alexandrinam Ecclesiam parem habere dignitatem cum Ecclesia Romana, hoc deducentes ex Concilio Constantinopolitano, quod aliàs sexta Synodus dicitur, ad quod se refert *d. c. renovantes,* prout refertur à Carranza *in sum. Conciliorum, fol. 269. & in d. c. mos antiquus, 65. distinct.* quod veritatis non habet fundamentum; nam in primis respondetur auctoritatem illorum Canonum, qui Trullani dicuntur, probatam & certam non esse, neque per legitimam alicujus Romani Pont. fuisse auctoritatem approbatam illam Synodum, aut congregatam, sed potius plures ibi reperiri errores: ita respondet Card. Bellarm. *ubi supra.* Sed melius respondebis indignissimè Canonem illum adduci ad hoc propositum, quia ex ipsius verbis constat, similia privilegia dari Episcopo Constantinopolitano post Romanum Pontif. & ad effectum, ut ad ipsum detur appellatio, & habeat alia jura Patriarchalis Ecclesiæ, quæ text. commemorat *in d. c. antiqua, in vers. servata,* & deducitur ex *c. conquesti, 9. q. 3.* ita tamen ut Romana Ecclesia semper superior maneat, ut constat ex verbis, quæ Carranza refert *citato loco, ibi, aequalia privilegia cum antiquæ Romæ throno obtineat, & in Ecclesiasticis negotiis, ut illa emineat, secundus post illam existens;* atque ita ex his, multisque aliis rectè concludit Card. Bellarm. *ubi proxime,* nullo unquam tempore ab ullo Romano Pontifice datum fuisse Constantinopolitanæ Ecclesiæ privilegium æqualitatis cum Romano, neque etiam primum locum post hanc obtinuisse, nisi postquam Romani Pont. ratum habuerunt: quod confirmat auctoritate

Nicephori *lib. 17. c. 9.* dum narrat Joannem Papam cum Constantinopolim venisset, rogatum à Justiniano, ut Epiphano Patriarchæ Constantinopolitano assisteret, non antea voluisse, quàm sibi pro prærogativa Sedis Apost. thronus supra Epiphanium collocatus fuisset.

Hodie divina sic permittente providentia, pulsus Cæsaris ab illa sede, & civitate, Agareni illam occuparunt sub Rege Turcarum VII. Mahumete Amurathi filio, qui Constantinum VIII. Orientis ultimum Christianum Imper. interfecit cum suis, Orientale Imperium sustulit anno 1453. & Constantinopolitanum, ac Trapezuntinum imperium, 12. regna, 200. Urbes Christianis ademit, florente Republ. Romana, refert Petr. Gregor. *d. c. 5.*

Fuerunt Constantinopolitano Patriarchæ olim subiectæ omnes Græciæ Provinciæ, Daciæ, Ponti Euxini, & Asiæ minoris, quibus accesserunt aliæ Provinciæ, prout fuerunt ad Christi Fidem, & religionem conversæ, Moscovia, Russia, & aliæ ultra Poloniam sitæ. In his provinciis, paucis exceptis, Patriarcha Constantinopolitanus, Episcopus, & Archiepiscopus, & alios dignitate Ecclesiastica præditos constituerebat, præficebat, vel confirmabat electos, ut nunc etiam Patriarcha, quamvis schismaticus, illos constituit, præficit, vel confirmat, refert Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 3. c. 35. q. 5. in princip. D. Roderic. à Cunha in historia Ecclesiastica Episcoporum Portugalen. p. 1. c. 6. vers. facit, pag. 70.*

Sequuntur Metropoles olim Constantinopolitano Patriarcha Suffraganeæ.

Cæsarea Cappadociæ.
Ephesus in Asia.
Heraclia in Thracia, vel Macedonia.
Ancyra in Galatia.
Corficus in Hellesponto.
Sardes in Lydia.
Nicæa in Bithynia.
Calcedonia ibid.
Nicomedia ibid.
Syda in Pamphilia.
Sebaste in Armenia.
Amasæa in Helenoponto.
Melitene in secunda Armenia.
Tyana in secunda Cappadocia.
Gangra Paphlagonia.
Thessalonica in Thessalia.
Claudiapolis in Honoriade.
Neocæsarea in Ponto Polemonico.
Pissinus in secunda Gallatia.
Myra in Licia.
Stauropolis in Caria.
Laodicea in Phrygia Cappatiana, seu Pacatiana.
Iconium in Lycaonia.
Synada in Phrygia Salutari.
Antiochia in Pisidia.
Silæum, sive Perga in secunda Pamphylia.
Corinthus in Peloponneso.
Athenæ in Hellade.
Mocissus in Cappadocia.
Creta insula.
Seleucia in Pamphilia.
Rheggium in Calabria.
Patra in Peloponneso.
Trapezus in Larica.
Larissa in secunda Hellade.
Naupactus in Ætolia.
Philippopolis in Thracia.
Traianopolis in Rodopa Thraciæ Provincia.
Philipporum in Macedonia.
Hadrianopolis in Hæminonto Thraciæ Provincia.

Hierapolis in Phrygia Cappadociana.
 Pyrachium.
 Smyrna in Asia.
 Carana.
 Ammonum in Phrygia.
 Comachus in Armenia.
 Cotiacum in Phrygia.
 S. Severinæ in Calabria.
 Mytilena in Lesbo.
 Neopatrac, seu Novæ Petrac in Hellade.
 Euchaita.
 Amaltris Chonæ.
 Hydrus, seu Hydruntum in Calabria.
 Kelzenæ. Alania.
 Coloniae. Ænus.
 Thebæ. Tiberropolis.
 Serræ. Achaia.
 Pompeiopolis. Cerasus.
 Rossia.
 Nicolia in Phrygia magna.
 Germanicia, sive Germania.
 Madyta. Merhymna.
 Apamea. Christianopolis.
 Basileum. Rufium.
 Drystra. Lacedæmonia.
 Nazianzu. Naxia.
 Corgra. Artalia.
 Abydus.

Archiepiscopatus.


Bizia. Dereos.
 Leontopolis. Carabizia.
 Moronca. Lemnus insula.
 Miletus in Jonia. Germia.
 Præconensis. Arcadiopolis.
 Selybria. Parium.
 Thios, sive Chion, insula. Leucas.
 Apros. Cudræ.
 Clypsella. Soteropolis.
 Nice. Pedachthoa.
 Neapolis. Germa.
 Selga. Bosphorus.
 Chersan. Cortradic.
 Messana in Sicilia. Eroina.
 Garella. Carpathus.
 Briffis. Mezembria.
 Cotthia. Ægina.
 Sugdaia. Pharsala.
 Phullæ. Matrarche.

CAPUT IV.

De Alexandrino Patriarcha.

SUMMARIUM.

- 1 Alexandria civitas est in Ægypto, Africa contermina magna, illustris.
- 2 Alexandria ante Christi adventum annis viginti supra CCC. ab Alexandro Macedone condita, & cognominata fuit.
- 3 Alexandrini Patriarcha Sedes cur, & à quo Alexandria posita fuerit? ostenditur.
- 4 Alexandrinus Patriarcha quibus præsist Provincias, ostenditur.
- 5 Cap. mos antiquus 65. distinct. declaratur, & n. 6.

LEXANDRINUS Patriarcha ab Alexandria civitate, in qua Sedem habuit, nomen accepit: Alexandria civitas est in Ægypto Africa contermina, magna & illustris, quam Strabo Aug. Barbof. de Episcop. Pars I.

lib. 14. Geographia, Urbem potentem, ac populosam nominat: † ante salutarem Jesu Christi adventum 2 annis viginti supra CCC. ab Alexandro Macedone, Justino attestante, condita, & cognominata, omnium Alexandriarum, quarum in historia passim plures quam septemdecim (ut Eustathius perhibet) enumerantur, maxima, & opulentissima, quam ob cultum divinum ibi florentem, plebisque sanctimoniam, frequenter Paradisum Domini veteres nuncuparunt, ut refert Paradisum Domini veteres nuncuparunt, ut refert Georgius Braunius in suo Theatro Urbium, & Petr. Greg. Syntagm. juris lib. 15. cap. 6. à n. 1. & ideo ob loci insignem laudem, & populi frequentiam, quæ eò confluit, Sedes ibi posita est principalis, vel à Petro per seipsum, ut Nicephor. testatur lib. 14. c. 3. vel per discipulum suum Marcum Evangelistam, quem eò misit, ut nomine suo fundaret Ecclesiam, ut docet S. Gregor. lib. 6. epist. 37. ad Eulogium Alexandrinum, cujus verba refert Card. Bellarm. tom. 1. lib. 2. de Romano Pontif. c. 14. vers. vera igitur, & tradunt Sebast. Cæs. in relect. de Eccles. hierarchia, dis. 4. n. 9. Illustriss. D. Acuña de Primatu Brachar. Eccles. cap. 4. num. 4. Posita ibi est 3 principalis hæc sedes, ut præesset ex more approbato per Concilium Nicænum Ægypto, vel Libyæ, Pentapoli, & aliis Provinciis, quæ ad Tropicum Capricorni pertinent. Petr. Greg. Syntagm. Juris lib. 25. c. 9. Item † præest Alexandrinus Patriarcha Nestorianis, Jacobitis, Cophitis, aliisque Christianis per Orientis provincias habitantibus, ut Miræus asserit in notitia Episcopatum totius Orbis.

Cujus dignitas primis illis temporibus adeo magna fuit, ut privilegiis, & præeminentiis Summorum Pont. liberè uti posse, & quod magis est, parem cum Ecclesia Romana haberet in Concilio Constantino-politano, quod aliis sexta Synodus dicitur; refertur à Carranza in summa Conciliorum, fol. 269. & in cap. mos antiquus, 65. dist. ubi sic habetur. Mos antiquus perdurat in Ægypto, vel Libya, & Pentapoli, ut Alexandrinus Episcopus horum omnium habeat potestatem, quandoquidem, & Episcopo Romano parilis mos est. Quæ verba adeo nonnullorum ingenia torserunt, ut existimarent ab hæreticis clanculum, ac dolosè adjecta fuisse, ut paritatem inducerent inter Romanum Pontif. & Alexandrinum Patriarcham, quasi Alexandrinus non esset Pontifici subjectus, cum par in parem non habeat imperium; & ideo ita existimarunt Francisc. Turrianus in monumentorum veterum investigatione, & sanctorum Patrum lectione, in tract. de potestate Papa, lib. 3. pag. 11. vers. Videamus ergo. Barthol. Carranza in parva Summa Conciliorum, in scholiis ad d. sextum canonem Concilij Niceni, Sebast. Cæs. disp. 4. §. 2. n. 5. Azor. d. lib. 3. c. 35. q. 5. me citato in hoc loco Illustriss. D. Acuña d. cap. 4. num. 5.

Sed occurrunt alij respondentes text. non decidere 6 quod perduret nos Alexandrinæ Ecclesiæ, ut parem habeat potestatem cum Romana, sed narrare morem, qui vigeat, expedientes in aliquibus Codicibus Gratiani legi, perdurat, non perduret, imperativè, ut in vulgaribus legitur, & sic perdurat emendatum est in novissimis jussu Gregorij VIII. impressis, ubi etiam Patres, qui emendationi præfuerunt, in notis advertunt in Græco, ubi habent vulgares Codices, Episcopo Romano parilis mos est, legi verba, quæ solum important (quoniam & Romæ Pontifici hoc usitatum est) quæ sanè nullam inferunt æqualitatem cum Romano Pont. Quod si vulgari literæ esset adhærendum, responderi potest, quod scilicet æqualis mos importat similitudinem potestatis quoad jura supra Ecclesias sibi subjectas, & ad effectum, ut ad ipsum detur appellatio, & habeat alia jura Patriarchalis Ecclesiæ, de quibus in cap. antiqua, de privileg. ut deducitur ex cap. conquestus 6. que. 3. & ex eo post Ruffum in lib. quem scripsit pro Pontifice Romano, n. 8. vers. sed videamus,

pag. 44. cum seqq. explicant Bursat. *conf.* 109. n. 14. & seqq. vol. 1. *Marta de jurisdictione part. 1. cap. 16. à n. 4.* Sedes subjectas Alexandrino Patriarchæ enumerant Azor. *d. cap. 35. q. 5. vers. porro*, Miræus in *notitia Episcopatum*, lib. 1. cap. 21. & lib. 3. cap. 3. Illustriss. D. Acuña in *catalogo Episcop. Portugal. p. 1. cap. 9. pag. 71.*

CAPUT V.

De Antiocheno Patriarcha.

SUMMARIUM.

- 1 Antiochia Syria Metropolis.
- 2 Antiochia quibus nominibus olim dicta fuerit, ostenditur.
- 3 S. Petrus Antiochia primùm Sedem fixit anno à nativitate Domini 35.
- 4 Alexandrinum Patriarcham cur Antiochenus non precedat? ostenditur.
- 5 Antiochena Ecclesia Germana Romana meruit appellari.
- 6 Antiochena Ecclesie Antistes dicebatur Catholicus.
- 7 Catholici Regis titulus proprius Regum Hispania.
- 8 Antiocheno Patriarcha Sedes subjecta referuntur.

ANTIOCHIA, ut refert Abrahamus Ortelius, Syriae Metropolis super Oronte fluvio, Epidaphne à Plinio cognominatur. † Magno epitheto eam exornat Philostratus in *vita Apollonii*, Petr. Gregor. *Syntagm. Juris lib. 15. c. 7. à n. 1.* Reblatha, vel Rebla Hebræis, ut scribit D. Hieron. in *Ezechielem*. Justiniani Imper. tempore Theopolis ab eodem dicta fuit, ut scribunt Procopius, Cedrenus, Nicephorus Calistus, & Eustathius, qui addit illam quoque olim Chersonesum per ambitum aquarum dictam fuisse. Hic † S. Petrus primùm Sedem fixit anno à nativitate Domini 34. eamque septem annis, non tamen completis, administravit. Baron. *anno Christi 39. à n. 9.* Bellarmin. *lib. de Romano Pontif. c. 5.* Idem tertiam hanc Sedem B. Petri nomine honorabilem haberi refert Anaclet. *epist. 111.* quia ibi priusquam Romam veniret, habitavit, & Ignatium Episcopum constituit, atque primùm nomen Christianorum novellæ gentis exortu est. Nec mirum † si Alexandrinus Patriarcha Antiochenum præcedat, quia ita postulat ordinis ratio ex magnitudine loci sumenda, ut supra ostenditur: tum quia, verba sunt Card. Bell. *lib. 1. de Romano Pontif. c. 24.* cum omnes tres sint Sedes Petri, Romanam per se usque ad mortem administravit, Alexandrinam per Marcum Evangelistam, Antiochenam per Evodium; sicut ergo major est Petrus Apostolus Marco Evangelista, & Marcus Evangelista Evodio, qui neque Apostolus, neque Evangelista fuit ita quoque Romana Ecclesia Alexandrinam, Alexandrina Antiochenam auctoritate & dignitate superat.

Antiochena Ecclesia germana Romanæ meruit appellari ab Innoc. in *epist. 14. ad Bonifacium Presbyt.* ut habetur *tom. 1. Concil. pag. 781.* ex quo utriusque Cathedralæ officium ordinatum fuit, ut in Breviario Romano patet. Item in ea celebris Antriphonarum usus cœpit, ut ex Tripartita historia referunt Vvalfrid. *de exordiis, & increm. rerum Ecclesiast. c. 25. vers. dicendum.* Amalar. Fortunat. *de Ecclesiast. Offic. lib. 4. c. 7. vers. ut Tripartita*, Rodolph. Rinof. *de Canonum observantia, propos. 12.* Hujus Patriarchatus encomium minimum non est, quod ejus Antistes dicebatur † Sacrosanctæ Antiochenæ Ecclesie Catholicus, de quo meminere Petr. Gregor. *d. lib. 15. cap. 7. n. 5. & lib. 2. c. 1. num. 2.* Guillelm. Tyrius *lib. 14. belli sacri, c. 12.* Procop. *lib. 1. de bello Persico*, Valdef. *de dignitate Regum Hispania, c. 15. n. 30.* ad quam in simili Gregorius Papa Childe-

berto Regi Francorum in *epist. 6.* dicebat, videlicet: *Esse autem Regem, quia sunt & alij, non mirum est, sed esse Catholicum, quod alij non merentur, hoc satis est.* Referunt Alvar. Pelag. *de planctu Ecclesie lib. 1. c. 37. n. 1. col. 4.* Petr. Rebuff. in *Concord. Gallie, rub. 1. de approbat. Conventorum, verb. benemeritis, vers. item legimus.* Qui tamen † Catholici Regis titulus proprius Regum Hispaniæ Apostolica concessione factus fuit in Ferdinando & Elizabeth, ut notoriè constat. Quinmò ex Gothorum tempore Reges Hispaniæ illo honorifico titulo acclamati fuerunt, & Alphonsum Regem Hispaniæ 134. Catholicum nuncupatum constat ex Auctoribus omnibus, ut Garibay *lib. 9. c. 6. & Morales lib. 13. c. 10. 13. & 15. histor. differunt, quod autem illi hoc cognomen esset ab Ecclesia inditum, uno ore fatentur* Beuter. *lib. 1. c. 31.* Zurita *p. 3. annal. lib. 2. c. 40.* Vasæus *anno 737. Palat. de obtentione Regni Navarre, part. 6. §. 10.* Marian. *de rebus Hispania lib. 7. cap. 4.* Genebrard. in *Chronico lib. 3. an. 759.* & alij, quos refert Valdef. *de dignitate Regum, Regnotumque Hispania, c. 13. n. 19.* novissimè Alexand. Patrit. *de justitia armorum & fœderum Regis Gallia, lib. 2. c. 23.* & patet in epitaphio sepulchri, ubi ita legitur: *Alphonsus Catholicus.* Et ab hoc Alphonso continuatus fuit titulus Catholici, & derivatus in reliquos, ut advertunt Illescas in *historia Pontificali, p. 1. lib. 2. c. 85.* Renat. Chopin. *de sacra politia, lib. 1. tit. 7. n. 18.* & patet in Ordonio I. in quodam privilegio, cujus exemplar refert Ambros. Morales *lib. 14. c. 34.* ubique Catholicus cognomine nuncupatur, & Rex Sanctus Castellæ, dictus Crassus, in privilegio concessio Monasterio de Samos Ordinis D. Benedicti eo titulo cognominatur, & Rex Alphonsus VI. Tolitanæ urbis expugnator, ita appellatur Catholicus in Concilio apud oppidum de Haffillos, & Alphonsus VIII. qui insignem victoriam circa oppidum nuncupatum *Novas de Tolosa* obtinuit, Catholicus nuncupatur in inscriptione, quæ habetur in Cœnobio vetustissimo S. Facundi, Rexque Henricus III. ita patrem Joannem primum Regem Castellæ appellat Catholicum cognomine in testamento ab eo condito, & sic de subsequentibus, ita ut cum diceretur Rex Catholicus ab Alphonso I. Rex Hispaniæ intelligebatur, ut notant Challan. in *catalogo gloria mundi, p. 5. confid. 33.* Anastas. Germon. *de sacrorum immunit. lib. 4. in proem. n. 8.* Garibay in *compendio historia, lib. 18. cap. 1.*

Hujusmodi Antiocheno Patriarchæ subjecta erat pars Asiæ, quæ Carmaniam, Armeniam majorem, & minorem, Lyciam, & Ciliciam continet, & provinciæ Syria, Assyria, Mesopotamia, Media, Parthia, Persia ulque ad Indiam Orientalem. In totum sunt Sedes tredecim, Metropoles octo: Archiepiscopatus tredecim, referunt Franc. Gratian. in *compendio Juris Canon. p. 3. dist. 1. n. 9.* Alberic. de Rosate in *rub. ff. de statu hom. sub num. 11. vers. in Antiocheno*, Fr. Philipp. Bergom. in *supplem. chron. lib. 6. in fine, vers. Antiochia*, Rodoan. *de symonia mentali, p. 1. c. 16. n. 10.* Petr. Greg. *syntag. juris lib. 15. c. 7. num. 5.* Auber. Mir. in *notitia Episcop. lib. 2. ubi de Patriarcha Antiocheno, & lib. 3. c. 4.* Illustriss. D. Acuña in *catalogo Presulum Portugalens. p. 1. c. 6. pag. 70.*

Sequuntur Sedes Antiocheno Patriarcha subjectæ.

Sedes prima.

Tytus olim, hodie Sor, antiquitùs valde celebris, inexpugnabilis penè erat, ut expertus est Alexander Magnus. Fuit Romanis fidelissima, unde meruit à Severo Imper. privilegium libertatis, instar civitatum Italiæ. Sub qua sunt Episcopales Urbes duodecim.

Porphirion.	Sydon.
Archis.	Sarepra.
Pælamais, sive Acon.	Biblum.

Borriensis

Botriensis. Antaradensis, sive Tortosana.
 Ortafia. Paneas, seu Clofazea Philippi.
 Aradensis. Heraclia, Araclia, Tripolis.

Sedes Secunda.

Tarus, nostris Tarso, incolis Gerassa, Ciliciæ ad Cydonum fluvium urbs, haud procul mari distans, olim nobilissima, & studiis florens, quam D. Paulus ornaverat. Sub qua sunt Episcopatus quinque.

Sebaste, caput Samariæ: hic prope civitatem peregrinis ostenditur puteus Jacob, ubi Salvator noster Samaritanam alloquutus est.

Malos. Choicos.
 Thina. Poderados.

Sedes Tertia.

Edessa, hodie Rhoais, seu Rhasi, urbs Mesopotamiæ olim nobilissima, ultra Euphratem fluvium sita. Sub qua sunt Episcopatus novem.

Virchi. Himeria.
 Constantia. Cuercuentia.
 Capron. Tapfaron.
 Marcopolis. Celimeos.
 Varnon. Cedmaron.

Sedes quarta.

Apamia, vulgò Apamis, urbs Phrygiæ magnæ, ad amnem Marciam Laodicæ, & Antiochiæ, ad Meandrum est finitima. Sub qua sunt Sedes septem.

Epiphania. Mariana.
 Seleuconvila. Ruphania.
 Larissa. Arethusa.
 Valanea.

Sedes quinta.

Hierapolis, urbs Phrygiæ, quondam celebris: inter Laodiceam, Cybiram, & Apamiam sita est, Antiochiæ ad Meandrum finitima. Sub qua sunt Episcopatus octo.

Zeuma. Petri.
 Suron. Ormiou.
 Varnalis. Dorichi.
 Neocæsarea. Europe.

Sedes sexta.

Bostra, sub qua sunt Episcopatus xix.

Cerasson. Euthymi.
 Philadelpa. Constantia.
 Adron. Paramboli.
 Midanon. Dionysia.
 Anstamidon. Conohato.
 Belmundon. Maximopolis.
 Zoroyma. Philippopolis.
 Hertu. Heylon.
 Ikeny. Lorea.

Sedes septima.

Anavarra, sub qua sunt Episcopatus novem.

Epiphania. Flavias.
 Alexandria. Rossas.
 Irenopolis. Castravalet.
 Cambrisopolis. Egnas.
 Syfia.

Sedes octava.

Seleucia, urbs olim in Provincia Babylonis ad Tigridis, & Euphratis confluentem sita, Patriarcham habens: hodie est adhuc ingens, & celebris, Bagaded nuncupata, quæ Babylonem veterem propter viciniam exhausit, eam Turcæ vocant *Saryros*. Sub qua sunt Episcopatus xxiiij.

Claudiopolis.
 Diocefarea.
 Gropi.
 Dalyfanidos, seu Dalifandi.
 Seriula, sive Sevila.
 Colenderis, sive Celeuteris.
 Anemory, vel Anemoy.
 Titopolis, seu Tityopolis.
 Lamofy, vel Lamorum.

Antiochia parva.

Nephelia.

Ristra.

Selinuntis.

Hieropy, sive Jotapi.

Philadelphia parva.

Hermopolis, sive Irenopolis.

Germanicopolis.

Mofoda.

Demenopolis, sive Dometriopolis.

Sbydi.

Synopolis, sive Synonopolis.

Adrasson, vel Adrassi.

Myin.

Neapolis est in Palæstina, ubi Concilium celeberrimum fuit tempore Regis Balduini.

Sedes nona.

Damascus, quam Turcæ *Scham*, nostri *Damasco* nuncupant, Metropolis Syriæ, pulcherrima totius Orientis, antiquissima, hortis pulcherrimis cincta. Hic residet hodie Belerbus, qui & huic regioni præest unà cum Judæa: antea regebatur à Califis, atque olim à Regibus Syriæ. Sub qua sunt Episcopatus undecim.

Ably. Danabi.
 Palimpon. Carathea.
 Laodicea. Hardam.
 Euria. Suria.
 Renocora. Quini.
 Hiabanda.

Sedes decima.

Amyda, vulgò *Caramit*, hodièque maxima est Mesopotamiæ urbs, ad Saocaram fluvium, inter Cartas, & Mirdinum urbes ejusdem provinciæ nobiles. Mesopotamiæ autem Regnum Euphrate, & Tigris fluminibus continetur, & *Diarbech* à Turcis nominatur. Sub qua sunt Episcopatus septem.

Hynilon. Caytaris.
 Valentium. Ryphi.
 Arsamofata. Zecuma.
 Sophin.

Sedes undecima.

Sergiopolis, sic dicta à S. Sergio Martyrij palmam ibi adepti sub Maximiano Imperatore: olim *Barsalo* nuncupabatur. Urbs Armeniæ minoris, ad Euphratem fluvium inter Melitam, & Samosatem. Sub qua sunt Episcopatus quatuor.

Bizononias. Venethal.
 Marcopolis. Ermenia.

Sedes duodecima.

Theodosiopolis, sub qua sunt Episcopatus septem.

Oricos. Axieri.
 Naznini. Tarofia.
 Maureocastron. Politinios.
 Agyamaria.

Sedes decimatertia.

Evesa, sive Emisa, vulgò *Ems*, urbs Syriæ nobilis in Apamena regione apud montem Antilibanum. Sub qua sunt Episcopatus quatuor.

Arqui. Mergem.
 Oriflon. Oragifon.

Metropoles per se subsistentes.

Piericus. Heliopolis, vulgò *Betsames*.
 Laodicia. Pompeiopolis.
 Samosate. Mosphestia.
 Cyros. Adama.

Archiepiscopatus decem.

Verea. Anasar.
 Calquis. Phon.
 Gabala. Paltos.
 Seleucia. Germanicia.
 Piperia. Salamias.

CAPUT VI.

De Hierosolimitano Patriarcha.

SUMMARIUM.

- 1 Hierosolyma quando extructa, & quibus nominibus dicta fuerit, ostenditur.
- 2 Hierosolyma in medio totius orbis sita.
- 3 Hierosolyma mater omnium Ecclesiarum habita.
- 4 Hierosolyma quamvis Metropolitanano honore condecorata fuerit, non tamen propterea à subiectione Casariensis exempta mansit.
- 5 Hierosolimitano Patriarcha quæ Sedes Episcopales subiecta fuerint? ostenditur.

HIEROSOLYMA, ex qua Patriarcha titulum accepit, ante memorabile sui excidium bis millesimo centesimo septuagesimo septimo anno à Melchisedech Chananæo & Gentili Rege & Pontifice extructa, olim Salem, postea Jerub, deinde composito nomine Jerusalem, ac demum melioris soni gratiâ Jerusalem appellata fuit, Joseph. lib. 7. antiquit. Perer. in Genes. c. 14. n. 66. & 67. Euseb. Ecclesiast. historia lib. 4. cap. 6. Joan. Ludov. Vivald. in opere regali, in tract. de magnificentia Salomonis, not. 6. §. ut ex dictis Josephi. Hanc urbem in medio totius universi sitam, adeoque quasi terræ umbilicum esse, auctoritate Scripturæ Ezech. cap. 6. Ista est Hierusalem, in medio gentium posui eam: item Psalm. 73. Operatus est Deus noster salutem in medio terra, notarunt Hieron. ibid. Joseph. de bello Judaico lib. 3. cap. 2. Georgius Braunius in theatro Urbium. Postquam autem clementissimus Dominus noster dignatus fuit hanc civitatem ad opus nostræ salutis & redemptionis faciendum eligere, ut sacra testatur Evangelica historia, & tetigit videndus Arnald. Albertin. in repet. rub. de heret. q. 13. in errore 3. Judæorum, n. 4. illustrioribus nominibus est insignita, dictaque fuit Civitas magni Regis. Matth. c. 5. Divina, ac sanctæ Resurrectionis, ut juxta Justiniani novellas 40. & 123. observavit Præteus in lexico Iuris, verb. Patriarcha. Quinimò ab ipsis Turcis proprio idiomate, *Lecoust* appellatur, hoc est, Urbs sacra, ut advertit Abraham Orthel in thesauro geographico, ver. Hierosolyma, qui etiam refert dictam fuisse Quadrimbem.

Unde tanta fuit Hierosolymitanæ Ecclesiæ dignitas, quòd olim aliarum Ecclesiarum mater fuerit appellata, ut qui illam regeret, omnes mundi Ecclesias regere videretur, quod non obscure sentit S. Clemens Papa in epist. ad Jacobum fratrem Domini, in inscriptione, in illis verbis: *Episcopo Episcoporum, regenti Hebræorum sanctam Ecclesiam Hierosolymis, sed & omnes Ecclesias, quæ ubique Dei providentia fundata sunt; & expressè habetur in epist. Constantinopolitani Concilij ad Damasum Papam, & Romanum Concil. in vers. in ea verò Ecclesia, ubi Hierosolyma mater Ecclesiarum appellatur, quæ habetur tom. 1. Concil. pag. 732. col. 2. refert Conlufitanus noster Gregor. Nonius Coronel. de optimo Reip. statu p. 1. lib. 3. c. 4. quibus concordat Justinian. Imp. in epistola ad Hormisdam Papam, incip. Quod fuimus, circa finem, in illis verbis: Et Hierosolymitanam præcipuè, cui tantum omnes favorem impendunt, quasi matri Christiani nominis, ut nemo audeat ab ea sese discernere: habetur tom. 2. Conciliorum, pag. 516. & Tertullian. lib. 4. adversus Marcionem, Hierosolymitanam matrem Religionis appellat, ut refer Cov. pract. c. 19.*

Magna igitur celebritas hujus Urbis est, quod ejus Ecclesia mater omnium Ecclesiarum habita sit, eo quòd primus Episcopus in ea fuit S. Jacobus frater

Domini, & post eum Simon frater etiam ipsius Domini, ideoque Hierosolymitana Ecclesia per annos ferè quingentos non re, sed nomine, non potestate, sed honore dumtaxat, usque ad Juvenalem ejusdem Ecclesiæ Episcopum, quarta Patriarchalis habita est, ex eo quia in Nicæna Synodo, can. 7. ubi decretum fuerat, ut Hierosolymitanus quartum quidem Patriarchalis sessionis locum, & honorem haberet, non tamen propterea à subiectione Cæsarensis, quæ Metropolitana erat, eximeretur. Juvenalis enim Prailio defuncto in Sede Hierosolymitana subrogatus est anno Domini 429. & in Concilio Ephesino totius Syriæ Palæstinæ Primatum quæsit, idèd quod cum susceptis ex toto Orbe peregrinationibus Hierosolymitana Ecclesia frequentaretur, majori honore, officiiisque dignioribus, quàm Cæsarensis Metropolitanam colendam esse ambitiosè judicaret. Restitit illi, qui Vicariam Pontificis præfecturam agebat, Cyrillus Alexandrinus, ut notatur in epist. Leonis 72. Unde S. Hieronymus in epistol. ad Pammachium contra Joannem Episcopum Hierosolymitanum, sic eum alloquitur: *Tu qui regulas quæris Ecclesiasticas, & Nicæni Concilij Canonibus uteris, responde mihi: Ad Alexandrinum Episcopum Palæstina quid pertinet? ni fallor hoc ibi decernitur, ut Palæstina Metropolis Casarea sit, & totius Orientis Antiochia. Aut igitur ad Casarensis Archiepiscopum referre debueras, cui spreta communionem tuam communicare nos noveras; aut si procul expetendum judicium erat, Antiochia potius littera dirigenda. Sed novi cur Casaream, cur Antiochiam nolueris mittere. Maluisti occupatis auribus molestiam facere, quàm Metropolitanam tuo honorem reddere. Nihil ergo magna Synodus Hierosolymorum Ecclesiæ contulit, nisi ut honor, qui ex antiquo usu ei deferri solebat, juribus, & subiectione Metropolitanæ salvis, eidem deferatur. Idque propterea quod Hierosolymitana Ecclesia mater omnium aliarum Ecclesiarum (sic enim nominatur in epist. Synodali Concilij Constantiensis œcumenici ad Damasum, quæ extat apud Theodoret. lib. 5. c. 9.) appellata fuerit, adeoque non immeritò ipsius Civitatis Episcopum eum honorem, ut inter Apostolicarum Ecclesiarum Antistites sederet, & in litteris quoque ita nominaretur, antiquitus consequutum fuisse judicatur, unde colligitur Genebrard in chronologia, lib. 3. ubi de anno Christi 44. errasse, dum dicit hujusmodi Ecclesiam ex tempore Jacobi Apostoli Patriarchalem fuisse.*

Crescente denique in ipsam Hierosolymitanam Ecclesiam Christi fidelium devotione factum fuit ut Vigilio Papæ, ut Imperatoris Justiniani tempore de Antiocheno Patriarchatu, itemque de Alexandrino tantum fuerit Hierosolymitanæ Ecclesiæ concessum, atque largitum, totque eidem decreti, atque assignati suffraganei Antistites, ut veræ Patriarchalis Sedis titulum, honorem, ac potestatem consequi mereretur, ut referunt Hieron. Paul. in fine sua practica Cancellaria, & Alberic. de Rosate in rub. ff. de statu hominum, post n. 11. in fine, juxta traditionem veterum, Petr. Gregor. syntagm. juris part. 2. lib. 15. cap. 8. n. 3. ubi refert Hierosolymam usque ad tempora Justiniani Augusti Episcopum habuisse, nulla, vel modica dignitatis prærogativa. Imperantem autem illo Principe congregatam fuisse Synodum generalem Constantinopoli sub Vigilio Papa, & Elicio Constantinopolitano Patriarcha, & Appollinario Patriarcha Alexandrino, & Eustachio Patriarcha Antiocheno, & in illa inter alia placuisse, honore Patriarchali donandam Sedem Hierosolymitanam. Et quia civitas inter fines, & limites erat Patriarchatum Antiochiæ, & Alexandria, nec illi essent sufficienter Episcopi suffraganei, ex communi omnium consensu ab utroque Patriarchatu vicino placuit eos decerpere, & ut in formam Patriarchatum aliorum ille ordinaret Ecclesias sibi subiectas.

Ex tunc quatuor fuerunt ei subjecti Archiepiscopi, ut refert Redoan. *de simonia mentali*, p. 1. c. 16. num. 10. quorum duo antea Suffraganei erant Antiocheni, alij verò duo Alexandrini, quod ex testimonio Guillelmi Tyri Metropolitæ observavit Raymundus Ruffus in *duplicat. in patronum Molinai pro Pont. Max. fol. 31. col. 2.* & explicans locum ipsius Tyri *de bello sacro lib. 14. cap. 12.* observavit Card. Bar. *annal. Eccles. tom. 7. anno Christi 553. Vigilij Papæ anno 14. & Justiniani Imp. anno 27. pag. 441. vers. acta illa, ubi ita ait: Tempore prædicti Principis, Justiniani videlicet, congregata est Synodus generalis apud Constantinopolim tempore D. Vigilij Papæ, Eutychie Constantinopolitani, Apollinaris Alexandrini, Pauli Domini Antiocheni, & Eustochij Hierosolimitani Patriarcharum super tribus capitulis, &c.* In qua Synodo post alias populo Dei necessarias institutiones, quas pro tempore promulgandas decreverat, sanctorum Patrum, qui ad eam convenerant, auctoritas prædictam Deo amabilem Hierosolymitanam honorare Ecclesiam, & ejus Episcopo locum inter Patriarchas dare, communi sanxit voluntate, reverentiam exhibens sanctæ Resurrectioni. Et quoniam prædicta Dei cultrix civitas quasi in limite Alexandrini & Antiocheni Patriarcharum erat, nec haberet unde illi urbi ordinaret Suffraganeos, nisi utrique Patriarchæ aliquid detraheret, visum est expedire ab utroque aliquid detrahere, ut eidem juxta formam aliorum Patriarcharum ordinaret subjectos. Subtraxerunt ergo Antiocheno Cæsareensem & Scythopolitanum Metropolitanos: Alexandrino verò Rubensem, & Berythensem, item Metropolitanos: Et quoniam iterum eundem Patriarcham oportebat habere præter supradictos Metropolitanos familiares Suffraganeos, quos Græci Syncellos vocant, subtraxerunt prædictis Metropolitanis quosdam Episcopos, & quosdam de novo erexerunt usque ad vigesimum quintum. Hæc ex Divo Guillelmo Tyro refert Card. Baron. *citato loco*, addens hæc eadem reperisse scripta in Bibliotheca Vaticana, in codice, cui est titulus, *Liber censuum.*

Non obstat Hierosolimitano Patriarchatui, quod voce Domini admoniti discipuli fuerint transferre Ecclesiam Hierosolimitanam in civitatem quandam, cui nomen erat Pella, quod ex testimoniis Eusebij, & Epiphaniij factum fuisse refert Melch. Cano *de locis Theolog. lib. 6. cap. 8. in solut. ad decimum, vers. quod si sententia, & Card. Baron. tom. 1. annal. Ecclesie, sub anno Christi 74. vers. quod igitur: quia respondetur, mutationem illam, seu translationem non in perpetuum, sed ad breve tantum tempus factam fuisse, quoad usque videlicet ablati ex urbe sanctis, & justis viris, vindictæ cælesti fieret locus, ut advertit Euseb. *Ecclesiastica hist. lib. 3. cap. 5.* quo fit ut cum statim Hierosolymam redierit, ab ea divertisse ultra illum effectum non videatur, juxta ea quæ adduco infra p. 2. alleg. 53. n. 92. Maximè cum legamus vituperatum fuisse Philippum quendam ab Aphthonio declamatore, quod ex omnium barbarorum vilissima gente ortum haberet, nempe ex Pella, ut observavit Tiraq. *de nobilit. c. 17. n. 7.**

Sequuntur Episcopales Sedes Hierosolymitano Archiepiscopo subjectæ.

Lidda	Diocæsarea
Ioppe	Legionum
Afcalon	Capitolina
Gaza	Mauronensis
Mennas	Gedera
Diocletianopolis	Nazareth
Bergrobin	Thabor
Neapolis	Caraca, vel Petrea
Sebastea	Hadroga
Hiericuntis	Aphra

Tiberiadis	Helem
Faran	Mons Syna
Helenopolis	Bethlehem Episcopali honore à Paschale I I. donata, petente Balduino Hierosolymit.

Sedes Prima.

Cæsarea Palæstinæ, ubi Angelus percussit Regem Herodem, & sanctus Petrus baptizavit Cornelium Centurionem. Urbs fuit olim celeberrima, mercatu nobilis, vulgò Charfar, inter Aconem & Ioppen situm habuit. Sub qua Sede sunt Episcopatus viginti.

Dora	Onus
Antipatrida	Sorutis
Iamnas	Raphios
Nicopolis	Regium Apatos
Regium Hierico.	Estomafon
Regium Livas	Triconias
Azulus	Taxus
Hiaralias	Saltum
Afotus	Constantinianus.

Sedes Secunda.

Scythopolis, vulgò Bethsar, Urbs in Judææ, & Galilææ confinibus ad Jordanem fluvium, nobilis extitit. Sub qua sunt Episcopatus decem.

Capitoliados	Terraconias
Miru	Clima
Gadaron	Galanis
Pelon	Comanas
Philippus	Scythopolis.

Sedes Tertia.

Ruba, quæ à Ptolomæo in Syria deserta ponitur, sub qua sunt Episcopatus duodecim.

Augustopolis	Zota
Arnidilla	Viroffa
Carali	Pentacomia
Hierapolis	Mamapfon
Memfidos	Mitrotomitas
Eluris	Saltum Hieraticon

Sedes Quarta.

Berytus, Phænicis Libani Metropolitim esse constat ex vetustis Geographis, sub qua sunt Episcopatus xxxv.

Adrasson	Enacomias
Dias	Comogannas
Medanon	Comogeros
Hierasson	Comostanis
Nein	Comis
Philadelphia	Mahederon
Hierapolis	Comoreatos
Phenustus	Comiscopion
Eluos	Comis Julianos
Neapolis	Comispigmatethon
Philipopolis	Comis Petius
Dionysius	Comis Anathon
Constantianis	Comis Neothis
Pentacomias	Climas anatalis Quevissimon
Tricomias	Comis Anochis
Conafados	Comis Tralicones
Saltum Ucaneos	Comis Nephdomos.
Hexacomias	

CAPUT VII.

De Patriarchis minoribus.

SUMMARIUM.

- 1 Patriarcha minores qui.
- 2 Patriarcha minores inter Latinos sunt sex.
- 3 Aquileiensis Patriarcha cur ita dictus.
- 4 Gradenfis Patriarcha ubi fiat mentio, ostenditur.
- 5 Gradenfis

- 5 Gradenfis civitatis descriptio.
- 6 Gradensem Patriarchatum Nicolaus V. ad inclytam Venetiarum civitatem transtulit.
- 7 Venetiarum Primus Patriarcha creatus fuit B. Laurentius Justinianus, à quo Congregatio S. Georgii in Alga apud Venetiam initium sumpsit.
- 8 Congregatio Canonorum S. Joannis Evangelista in regno Portugallie B. Laurentium Justinianum parentem, fundatoremque suum agnoscit.
- 9 Bituricensis Patriarcha ubi fiat mentio, ostenditur.
- 10 Pisanus Archiepiscopus quarum provinciarum Primas dicatur, ostenditur.
- 11 Pisana civitatis Episcopatus antiquissimus est.
- 12 Sardinia, an verò Corsica dicatur Primas Pisanus Archiepiscopus, ostenditur.
- 13 Toletanum Archiepiscopum inter Patriarchas inferioris gradus qui ponant, ostenditur.
- 14 Toletanus Archiepiscopus ex privilegio Martini V. Summi Pont. gaudet prerogativis veris Patriarchis concessis.
- 15 Dictio quomodolibet, universalis est, & omnes casus comprehendit.
- 16 Privilegia habens ad instar alicujus privilegiati, habet etiam illud privilegium, quod privilegiatus instar alterius obtinet.
- 17 Toletum Urbs Regia, & quasi altera Roma in exaltatione cepit nominari.

PRÆTER quatuor primarios, & maximos Patriarchas, de quibus egimus in Capitulis præcedentibus, alij sunt minores: nam seculæ Armentorum tres habent Patriarchas, unum eorum residet in Cilicia, & Armenia minore, secundus in Armenia majore, tertius quem non Patriarcham, sed Catholicum appellant, præsidet in Russia Provincia Polonorum. Unicum etiam Patriarcham habent Maronitæ, qui commoratur & præest in Syria in Monte Libano. Habent etiam Æthiopes unum Patriarcham, qui sedem suam habet in curia Magni Imperatoris Speciosi Joānis, & vocatur Patriarcha Abyssinorum, & confirmatur à Patriarcha Alexandrino. Est etiam secta Cophorum, qui simul cum Baptismo Circumcisionem tuentur & retinent, & duos habent Patriarchas, quorum unus commoratur in Magno Cayro Ægypti, alter verò apud Æthiopes. Secta quoque Jacobitarum, qui Sanctissimam Trinitatem negant, duobus Patriarchis pareat, quorum unus in Cayro residet, alter in Syria, videlicet in Urbe Damasco.

2 Sex tamen inter Latinos connumerantur Patriarchæ minores, qui vel Romani Pont. indulgentia, vel inveterata consuetudine Patriarchale nomen vendicant, Aquileiensis, Cantuariensis, Gradenfis, Bituricensis, Pisanus, & Toletanus, Jacobat. de Concil. lib. 1. ex n. 254. Ugonius de præstantia Patriarchali, tom. 13. tractatum Doctorum, pag. 285. versu. Anastas. Germon. de Sacrorum immunit. lib. 3. cap. 7. Homobon. de Bonis de humana vite statibus, p. 1. cap. 6. statim in princip. Filliuc. tract. 41. de benef. cap. 2. num. 35. Lotter. de re benef. lib. 1. quest. 9. num. 31.

3 De Aquileiensi Patriarcha agit text. in cap. nunc verò 9. quest. 3. Nam ante Longobardorum in Italiam adventum, qui accidit anno salutis 566. Aquileiensis Archiepiscopus more Græcorum & Orientalium Patriarcha nominabatur; irruentibus verò Longobardis primo adventu Alboinus eorum Rex Aquileiam cepit, propter quoad Aquileiensis Sedem hinc inde mutavit, & tandem in Vrbe Venetiarum permansit. Vide illustriss. D. Acunam de primatu Eccl. Brachar.

4 De Gradenfi Patriarcha meminit Urbanus II. in cap. erubescant. 32. dist. & Cœlestin. III. in c. ex litteris, de officio deleg. † Gradenfis civitas brevi ambitu clauditur, paludibusque & flumine circumsepta, si demas piscatores homines, vix hodie ullos habet incolas,

ut qui duorum millium numerum ægrè explicant, nihilque habet insigne antiquitatis, aut splendoris argumentum, præter civium germanam & aureo sæculo consentaneam simplicitatem, & innocentiam, ubi nec factiones, nec verè alias morum corruptelas conspicias: ita accepisse à Francisco Avancio Veneto refert Anastas. Germon. dict. lib. 3. cap. 7. num. 5. & 6. † Sed propter hujus civitatis aëris intemperiem hunc Patriarchatum de anno 1451. Nicolaus Pontifex Max. ejusdem nominis V. ad inclytam Venetiarum civitatem transtulit, quæ antea per annos sexcentos septuaginta novem in circa Episcopum habuerat, ut illam majoris dignitatis prærogativa decoraret, & ideo jam hodie non vocatur Patriarcha Gradenfis, sed Venetiarum, ita Greg. in tract. de residentia Episcoporum, c. 18. num. 12. Dionys. Paul. de vera quatuor Patriarchalium sedium erect. cap. 2. à num. 34. Nec obstat quod dicit glos. verb. singulos, in cap. in illis, 80. dist. nempe Patriarcham Gradensem non esse Patriarcham Venetiarum, cum locus Gradi multum differat à Venetijs, quia respondetur postea illis temporibus Nicolaum V. univille Patriarchatum Granden. & Episcopatum Venetiarum, de cujus Patriarchatus institutione latè Bern. Justinianus in sua de Venetorum gestis historia, lib. 12. sic ait: Coacta igitur Synodo totius Cleri populique, assistentibus Duce, & Patriarcha, Primus creatus Episcopus Obeliatius Eneagrii Tribuni Mathematici filius. Constituitur autem Episcopalis sedes in Insula Castellana, quæ, ut antea diximus, Olivulus appellabatur, unde & Episcopus Castellano semper nomen mansit. Ursus Particiacus, qui eum Episcopatum tertio tenuit loco, Ecclesiam erexit, quæ nunc extat, dignam civitate, & Episcopo, eam Beatissimo Petro Apostolo dicavit: ibi perseveravit donec atate nostra Nicolaus V. Pontifex Max. Patriarchali titulo auxit: transtulit enim Gradenfis Ecclesia dignitatem in hanc Venetiarum Urbem, suppresso utroque titulo, & Gradenfi, & Castellano. Primum † Venetiarum Patriarcham creavit Laurentium Justinianum, qui vivens, moriensque multis claruit miraculis. Translatio facta est anno 1451. octavo Idus Octobris. Hæc in ea historia. Hic fuit ille B. Laurentius Justinianus, Ordinis Cœlestini, vitæ sanctitate, miraculorum, & sinceræ eruditionis gloria clarissimus, à quo † Congregatio S. Georgii in Alga apud Venetiam initium sumpsit, quem etiam parentem, ac fundatorem suum agnoscit Congregatio eorundem Canonorum S. Joannis Evangelistæ in nostro Lusitanæ Regno, ut habetur in ejus officio recitando in dictis Congregationibus ex indulto Clementis VIII. felicitis record. die 8. Januarii. Advertere tamen oportet in errorem lapsos fuisse Joan. Montagnum in tract. de auctoritate magni Concilij, num. 50. Alberic. de Rosate in rub. ff. de statu hominum, n. 11. in vers. Istria, asserentes Patriarcham Gradensem, unum esse ex quatuor præcipuis Orbis Patriarchis, quos ultra l. 12. tit. 5. part. 1. & ibi Gregor. Lop. in glos. verb. que se llaman Patriarchas, expressè reprehendunt Redoan. de simonia mentali p. 1. cap. 16. num. 5. & 6. & post illum Dionys. Paulus d. cap. 2. n. 31. & colligitur ex adductis supra eod. tit. cap. 1. num. 1. ubi ostendi ex communi ac recepta Jurisconsultorum schola; veros ac præcipuos universi Orbis Patriarchas post Romanum Pont. quatuor tantum esse, Constantinopolitanum scilicet, Alexandrinum, Antiochenum, Hierosolymitanum.

Patriarchæ Indiarum, seu novi Orbis dignitas erecta fuit à felic. record. Paulo III. ut refert Conzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 41. num. 14. in fine. Et his nostris temporibus creatus fuit Patriarcha Æthiopiæ Joannes Nonius Barretus Lusitanus, ut refert Sebast. Cæs. in relect. de Ecclesiast. hierarchia, part. 1. disp. 4. punct. 3. n. 2. Et quatuor isti solum retinent hodie Patriarchæ nomen; cæteri verò infra referendi Primates dicuntur, non Patriarchæ, eo vel maximè, quia primas tenent civitates.

civitates. Gasp. Stadius de antiquit. Lusit. c. 64. n. 7. D. Acuña ad c. 2. n. 1. dist. 99.

De Bituricensi Patriarcha mentio fit in cap. conquestus, 9. q. 3. ubi apud Rom. Pont. querebatur Narbonensis Archiepiscopus, quod Bituricensis tanquam Primas, & Patriarcha, ipso invito Clericos ad tribunal suum venire compelleret, ubi Nicolaus II. vocat Archiepiscopum Bituricensem Primatem & Patriarcham, hoc est, primæ Sedis Episcopum, Alberic. in rub. de statu hominum, col. ult. dicit Archiepiscopum Bituricensem esse Primatem in Provincia Burdigalensi, Cardin. Alexand. in cap. definimus, 22. dist. Bituricensem ponit primum Patriarcham post quatuor antiquos Patriarchas. Nicol. Boër. in addit. ad tract. de auctoritate, & præminentia magni Consil. p. 1. n. 14. ait Bituricensem esse Primatem in Burdigalensi provincia, & probat ex cap. ult. de majorit. & obed. & cap. ult. de dilation. & cap. ult. de dol. & contum. & esse Primatem in Provincia Narbonensi ex d. cap. conquestus, & habere sub se quatuor Metropolitanos, videlicet Burdigalensem, Narbonensem, Auxitanum, & Tholosanum; & undecim, vel duodecim suffraganeos.

De Cantuariensi facit verbum glos. verb. Archiepisc. in c. Cleros, 22. dist. & refert Illustriss. D. Roderic. à Cunha in hist. Eccle. Episcop. Portugalens. p. 1. c. 6. pag. 75. in fine, quod olim inter Archiepiscopos Cantuariensem, & Eboracensem super Primatiæ jure in Anglicano Regno magna fuerat contentio; quod pro Cantuariensi melius sentiebatur, licet olim usque ad annum 1447. Eboracensis Scotiæ Primatum obtinuerit, ut refert Lesly lib. 8. de rebus Scotor.

De Pisano Archiepiscopo, quod sit Primas, tradunt addit. margin. ad glos. in cap. definimus, 22. dist. ubi Archid. & Domin. idem Domin. in c. Celricos, num. 20. in gloss. Primatibus, dist. 22. Præpos. in cap. Concilia, §. Episcopos, sub n. 5. Turrecr. in cap. in provincia, vers. sed insurgit questio, dist. 99. Chassan. in catal. gloriæ mundi, p. 4. confid. 10. in fine Boër. de ordine & præcedentia graduum, p. 1. n. 13. de auctoritate magni Concilij, num. 54. Pavin. de officio & potestate Capituli, pral. 6. n. 23. Calefat. de equestri dignitate, num. 94. Petr. Greg. syntag. juris lib. 15. cap. 10. num. 30. in fine. Gig. de resid. Episcoporum q. 18. n. 10. Marc. Anton. Cuch. inst. iuris Canon. lib. 1. tit. 3. Sbroz. de Vicario Episcopi lib. 2. q. 3. n. 24. & 25. Anast. Germon. d. cap. 7. n. 8. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 4. l. num. 14. D. Roderic. à Cunha d. cap. 6. pag. 75. Verum, quia hac de re variant Doctores, non erit à proposito nostro alienum, ut aliquid de eo agamus, cum in exquirenda sui Primatus ratione apud quosdam esset exorta dubitatio: pro cuius solutione à primordiis repentes, advertendum duximus, Pisaniæ civitatis Episcopatum antiquissimum esse, Gaudentius enim Pisanus Episcopus anno 313. in Concilio penes Melchiam Papam nominatur, & Landulpho Pisano Episcopo, ejusque successoribus circiter annum 1078. Gregor. VII. vices suas commisit in Insula Corsica, & pro labore, quem primus in ea restituenda ad Romanæ Ecclesiæ dominium suscepit, medietatem, duobus verò ejus successoribus quartam partem omnium reddituum largitus est: atque tamen sub ditione Romanæ Ecclesiæ reservavit, quorum custodes illis, si necessitas exegerit, vult obedire, ut constat ex lib. 6. epist. Gregor. VII. epist. 12. Postmodum Urbanus II. Constit. sua incip. Urbanus Episcopus, Dat. Beneventi 3. Kal. Junij anni 1091. Pontificatus sui 4. de præd. Gregorio VII. & de Landulpho Episcopo mentionem faciens, ita ait: Quia multis jam dudum obsequiis Pisannorum gloriosa nobilitas Romanam sibi Ecclesiam fecit obnoxiam, prædictam insulam de consilio Clericorum Cardinalium, aliorumque fidelium Pisana Ecclesiæ commisit, & condonavit, ea conditione interfecta, ut per annos singulos libras quinquaginta Lucana moneta Lateranensi Palatio persolveret.

Deinde anno sequenti 1092. idem Urbanus alia sua Constit. sub Dat. Anagninæ per manus Joannis S. R. E. Diaconi Card. Episcopum Pisanum in Archiepiscopum promovit, palliumque concessit, cum suppositione omnium Episcoporum Corsicæ, & ut in ea Metropolitanus, & in Sardina, Sedis Aposto. Legatus cum perpetua successione existeret. Sed Calixtus I. quoad suppositionem Episcoporum Corsicæ instantibus Genuensibus factum Urbani revocavit. Insurgunt Pisani, & ab Honorio II. Genuensium sprete contradictione restitutionem obtinuerunt, ut constat ex Constit. ipsius Honorij Dat. Lateran. per manum Armerici Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconi, & Cancellarij, 12. Kalend. Aug. ann. 1126. Pontificatus sui secundo. Verum, quia hujus rei sumpta occasione bella inter Pisanos, & Genuenses movebantur, unde cædes, incendia, & multæ Christianorum captivitates peccatis exigentibus oriebantur, Robertus Archiepiscopus Pisanus cessit Genuensibus tres Corsicæ Episcopatus, remanentibus sibi aliis tribus, scilicet Alerienti, Aiacensi, & Sagonensi. Unde Innocentius Secundus ann. 1187. in recompensationem trium subtractorum Episcopatum Corsicæ, Balduino Pisano Archiepiscopo cum variis aliis privilegiis ampliando concessit in judicatu Gallicæ in Sardina Episcopatus duos; scilicet Cartellensem, & Civitatensem, & demum Episcopatum Populoniæ, supponens eos Pisano Archiepiscopo tanquam eorum Metropolitanis, & Legationem Sardinia ab Urbano II. concessam confirmavit, & Primatum super provincia Turritana Sardinia dedit, quod & demum fuit confirmatum per Eugenium Tertium ann. 1146. & Adrianum Quartum ann. 1156. Et Alexander Tertius privilegio suo Pontificali asservato in archivo publico reformationum civitatis Florentiæ. Dat. Anagn. per manum Gratiani Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Subdiaconi, & notarij, 3. Id. Aprilis, ann. 1167. Pontificatus sui septimo, ampliando concessit Vbaldo Pisano Archiepiscopo Primatum quoque præter Turritanam provinciam etiam super Calaritanam, & Alborensis in dicta Insula Sardinia, & cætera per anteriores Pontifices data confirmavit; quod & postmodum fecit Lucius Tertius ann. 1181. Urbanus Tertius ann. 1186. Celestinus Tertius ann. 1191. & Innocentius Tertius ann. 1198. prout constat ex libro ann. 6. Epistolarum, qui asservatur in Bibliotheca Vaticana epist. 110. Turritano Archiepiscopo scribens, post alia sic ait: Absenti autem, vel alio tempore venienti (scilicet Pisano Archiepiscopo) non teneberis auctoritate legationis aliquatenus respondere, auctoritate verò Primatiæ non plus potest in provincia Turritana, quam Primatibus universis concedunt Canonica sanctiones. Similiter etiam Honorius Tertius an. 1217. scribens Archiepiscopis, & Episcopis, ac nobilibus viris Turritan. & Galluræ. iudicibus, aliisque nobilibus per Sardiniam constitutis, eosdem monet, quatenus eidem Pisano Archiepiscopo in iis, quæ in prædicta terra sibi sunt ab Apostolica Sede tanquam Primati suo, & Apostolicæ Sedis Legato concessa, debitum honorem, & reverentiam impendant, ejusque salubribus monitis curent devotè, ac humiliter obedire, & habere in libro primo Epistolarum Honorij, qui asservatur in Bibliotheca Vaticana, pag. 215. Quibus privilegiis, & concessionibus Pisani Archiepiscopi innixi suæ Primatiæ jure semper usi fuerunt possessorios actus facientes, ut fecit Federicus Pisanus Archiepiscopus ann. 1265. qui Insulam Sardinia visitavit. Et Archiepiscopus Joannes an. 1302. qui Archiepiscopum Quarteillensem ex Sardinia citavit. Et Pisanus Archiepiscopus qui an. 1400. Ecclesiam S. Mariæ ex diocesi Turritana cõtulit. Sed ultra litteras Apostolicas, & privilegia supradicta, Rosfred. Benevent. qui vixit de ann. 1215. & vivus permansit etiam longo tempore post compilationem Decretalium Greg. IX. cum fuit Advocatus in causa

- Primariæ, de qua in c. fin de dilation. ut habet in suo opere in tit. de juribus que competunt Prelato, n. 2. ubi dicit, quod Archiepiscopus Pisanus est Primas Sardinia. Vide quæ post primam hujus tract. impressionem diximus in coll. ad c. si diligenti, ex n. 3. de prescript.
- 13 Toletanum Archiepiscopum inter Patriarchas inferioris gradus ponunt Specul. tit. de dispensat. §. sunt quoque, versic. & nota quod Primas, Matth. Ugon. de prestantia Patriarchalis dignitatis tom. 13. tractatum Doctorum, pag. mibi 274. Anastas. Germon. de sacrorum immunit. lib. 4. c. 7. n. 7. Filefac. de sacra Episcop. auctor. cap. 9. §. 7. fol. 105. me citato in hoc loco Alzed. de præcellentia Episc. dignit. p. 1. cap. 10. n. 42. Verum † Toletanos Archiepiscopos, non ut cæteros inferioris gradus Patriarchas, sed plus ultra, & veluti veros, & primarios ex privilegiis Summorum Pontificum sibi concessis habendos esse contendunt aliqui, præcipuè ex speciali indulto Martini Quinti, incip. Martinus, Kalend. Aprilis, anno Domini 1422. & sui Pontificatus undecimo, qui prædecessorum suorum vestigia sequutus, declaravit Toletanum Archiepiscopum privilegiis veris Patriarchis concessis frui, his verbis: *Necnon omnibus, & singulis prerogativis, privilegiis, & insigniis, quæ dictis Patriarchis quomodolibet competere potuerunt, uti, & gaudere liberè, liciteque posse.* Cujus meminit Catholicus Rex Joannes II. in litteris ad Alphonsum Carthagensem Episcopum Burgensem missis anno Domini 1448. ubi ita habetur: *El dicho Papa Martino V. constituyo, & decernio, que el dicho Don Juan Arçobispo de Toledo, y sus successores igualmente sin otra differentia pudiesse gozar, y gozassen de las insignias, y prerogativas, y privilegios, que à los Patriarchas en qualquier manera pueden competer, &c.* refert Garzia de Loaysa in collectione Conciliorum Hispania in decreta Gundemari Regis, pag. 296. Unde aperte colligitur ex citatis verbis dicti indulti Toletano Archiepiscopo competere privilegia quatuor veris Patriarchis concessa ex dictione illa † quomodolibet, quæ universalis est, & omnes casus comprehendit, omnesque distribuit. Rebuff. in comment. ad l. creditorum II. vers. quomodolibet, ff. de verborum signific. Cened. practicarum, & canon. quest. singul. 95. n. 3. & 5. Deinde etiam eidem Toletano competunt vigore dicti indulti non solum privilegia, & prærogativæ dictis veris Patriarchis concessæ, sed etiam illæ, quas instar aliorum obtinebant, quia † habens privilegia ad instar alicujus privilegiati, habet etiam illud privilegium, quod privilegiatus instar alterius obtinet, Oldrad. conf. 300. Mandos. in tract. de privilegiis ad instar, glos. II. num. 9. Suar. de legibus lib. 8. cap. 15. n. 2. Illud tamen in præsentiarum advertendum duximus, in omnibus privilegiis Toletanæ Ecclesiæ concessis appositam esse clausulam tacitè vel expressè, *salvo jure Metropolitanorum, &c.* unde constat (prout infra cap. 8. num. 71. cum sequentibus probabimus) Summos Pontifices noluisse præjudicare juri quæsito alteri Prælato, non privilegio, sed de jure, antiquitate, & ratione habente fundamentam intentionem, prout habent Bracharenses Archiepiscopi super primatia in Regnis Hispaniarum, ut eodem cap. 18. habetur, aperte ostendente, à principio nascentis Ecclesiæ, institutione S. Jacobi Apostoli Bracharensi in civitate Primatiam radices egisse, constituto in ea primo totius Hispaniæ Episcopo, constructa prima Ecclesia, & sancti Evangelii prima habita prædicatione.
- 17 Ratio autem quare Toletanæ Ecclesiæ aliqua fuerunt à Summis Pontificibus concessa privilegia, ea est, quia † Toletum Urbs Regia erat, & Regum Gothorum Sedes, quorum precibus Summi Pont. Prælatos maximis gratiis decorarunt, quas prosequitur Francisc. de Pisa in la historia de Toledo, lib. 4. cap. 17. hæc alibi in locis: immo & ipsa Urbs Toletana ob hoc dicebatur Romana, quasi secunda Roma in exaltatio-

ne, ut demonstrare videntur verba lib. 2. in proemio libri fori judicum, ubi dum agitur de Regis electione facienda in civitate Toletana, vel in ea, ubi prædecessoris mors contigisset, in hæc verba prorupit: *Doncas stablecemos, que de aqui adelante los Reyes deban ser elegidos en la ciudad de Roma, ó en aquel lugar donde murio el otro Rey, &c.* ex quo observarunt Spin. in speculo testament. glos. 19. princip. n. 73. Molina de primog. lib. 1. c. 2. n. 11. licet prædicta verba (fosan melius) aliter legant, & intelligant Alphons. à Villadieg. in scholiis ad l. 2. n. 19. Molin. in annot. ad d. c. 2. n. 1. Gutier. pract. lib. 3. q. 13. n. 53. Bobad. in sua politica, lib. 2. c. 18. n. 225. Deinde in ipsam videtur deduci ex verbis fori de Sobrarbe, ibi, *E Rey en Roma, ó en ciudad Metropolitana de Arçobispo, ó Cathedral de Obispo*, ut refert Ambr. de Morales in compendio generalis historia, lib. 13. c. 2.

Denique id ipsum colligi videtur ex vita sancti Ildefonsi apud Surium tom. 1. die vigesima tertia Januarii, ubi quatenus ostenditur D. Ildephonsum Archiepiscopum electum fuisse, & Toletanam Sedem incomparabili sanctitate, simul atque eximia doctrina illustrasse, sic dicitur: *Deinde post multum tempus decedente S. Eugenio Regali violentia Toletum deducitur, atque ibidem Pontifex subrogatur, cujus statim virtus enucleata in sede Romulea refulsit, & veluti sacula ignea ardens omnem Hesperiam perlustravit.* Hinc etiam quia Roma Urbs Regia dicebatur, l. si duas 6. §. hoc amplius, ff. de excus. tutorum, ubi dum Modestinus doceret Romæ philosophantes munerum tutelarum excusationem habere, hujus exemptionis rationem reddens, sic ait: *Quorum sanctionis illam potest quis rationem asserre, quod cum communis sit & existimetur patria Regia Urbs, æquum est eum, qui in sua patria se utilem præbeat, hac immunitate frui, ubi docet glos. verb. Roma, glos. etiam verb. anterior, in auth. ut Ecclesia Romana cent. an gaudeat præf. collat. 2. quem titulum Toletana civitas à Romana mutuata fuerat, dum Regia civitas nominari inceperat, ut ad aliud propositum annotavit Balthasar de Amescua de potestate in se ipsum lib. 2. c. 23. n. 23. vers. hinc interpretatur, cum num. seq.*

Verum licet prædicti Archiepiscopi lato modo Patriarchæ nuncupari possint, strictè tamen tantum sunt Primates, Aquileiensi, & Gradenfi exceptis. Quare in Occidente absque ullo dubio, & contentione Primates appellantur, videlicet in Polonia Gnesnensis, in Ungaria Strigoniensis, in Germania olim Magdeburgensis, hodie Salsburgensis, in Hibernia Armacanus, in Africa Carthaginensis, refert Illustriss. D. Roderic. à Cunha in historia Ecclesiast. Episcop. Portugalsens. p. 1. c. 6. pag. 73. vers. os Primates. In Gallia verò, & Hispania non constat qui sine lite Primates extent: nam quoad Gallos in provincia Aquitaniæ inter Archiepif. Bituricensem, & Burdegalensem contentio magna extat, cujus meminit D. Roderic. à Cunh. ubi supra, & de Bituricensi diximus n. 9. In provincia Senonensi ejusdem Regni lis quoque pendet super eodem Primatiæ jure inter Archiepiscopos Lugdunensem, & Senonensem, cujus etiam meminit idem D. Roderic. à Cunha citato loco, pag. 74. In Italia an Primas sit Archiepiscopus Pisanus, dixi supra n. 10. In Hispania antiqua controversia est inter Bracharensem, & Toletanum Archiepiscopos, sed quis eorum melius jus foveat, expresso tractavi infra hoc tit. 3. c. seq.

CAPUT VIII.

De Primatu sanctæ Ecclesiæ Bracharensis in tota Hispania & ejus mirabili erectione.

SUMMARIUM.

I. Origo & principia cujusque rei in primis sunt exponenda

- nenda, ut quo tempore clari, aut obscuri nominis fuerint, sine fraude pateat.
- 2 Nihil majori encomio extollitur in populis, quam originem antiquam eis præbere.
 - 3 Interannensis Regio, Duriminea appellata, quod Durio & Minio fluminibus intercluditur amœnitate celeberrimis.
 - 4 Romani prope Limam fluvium castra ponentes illum Lethem dixerunt, quod ibi securos latites, & longa patria potaverint oblivia.
 - 5 Brachara à Carthaginensibus illic appulsis, & ab Humilione relicta initium sumpsit, à fluvio Africa Bragada cognominata.
 - 6 Augusta titulo ab Augusto Imperatore sibi imposto Brachara coonestata fuit.
 - 7 Brachara dives appellabatur ex magnitudine, & antiquissima negotiatione.
 - 8 Brachara habuit unum è septem conventibus juridicis Hispania.
 - 9 Flamines, protostamines, archistamines in juridicis conventibus ad sua sacrificia peragenda Ethnici solliciti erant constituere.
 - 10 S. Petrus Apostolus in urbibus, in quibus apud Ethnicos erant primi eorum flamines, & prima judiciaria potestas, instituit, ut Primates præessent.
 - 11 Bracharensis civitas caput Provinciae juridico conventu ornata Archiepiscopalem dignitatem cum titulo prima Sedis, secundum dignitatum gradus à S. Petro constitutos à septa est.
 - 12 Brachara descriptio Georgij Braunij refertur.
 - 13 Bracharensis Senatus ex longissima consuetudine initium sumpsit.
 - 14 Bracharenses Suffraganei qui.
 - 15 Vicarios quinque in quinque diœcesis provinciis triennales creat Bracharensis Archiepiscopus.
 - 16 Bracharensis Archiepiscopus temporalem habet jurisdictionem circa omnes iudices annuos, decuriones, magistratus, & scribas.
 - 17 Causa civiles quantumcunque graves in amplissimo Bracharensi Senatu sine ulla appellatione concluduntur, criminales verò per appellationem ad Regiam jurisdictionem deferuntur.
 - 18 Laudantur DD. Senatores Bracharenses.
 - 19 Sedes Ecclesie potior debetur priori in Fide recipienda.
 - 20 Apostoli potiori, ac sublimiori gradu, & premio gloria fruuntur, quia priores in Fide recipienda extiterunt.
 - 21 D. Petrus primus Bracharen. Episcopus divinitus creatus à S. Jacobo Apost. qui multis jam sæculis defunctus fuerat, & ad tam præclarum munus obviandum à mortuis suscitatus.
 - 22 Fragmentum quoddam S. Athanasij refertur.
 - 23 Discipuli, quos S. Jacobus in Hispania habuit, nominantur.
 - 24 D. Petrus primus Brachar. Episcopus, quem S. Jacobus suscitavit, ut cum in Bracharensi sede collocaret, fuit antiquus Propheta, cui nomen Samuel, vel Malachias, filius Uria Propheta, de quo Hier. c. 26.
 - 25 Samuel hic venit cum transmigratis in Hispaniam duce Nabucocerdan, vel Pyrrho Hispaniarum præfecto, ante adventum D. Jacobi 624. annis.
 - 26 Petrus Discipulos instituit.
 - 27 S. Jacobus cum in Hispaniam appropinquavit, primam Fidei plantationem in Gallecia provincia fecit, quam postea post obitum suum ad sui corporis depositionem elegit.
 - 28 Historia Compostellana attestans de miraculosa navigij delatione ad Iriensem portum cum corpore S. Jacobi, refertur.
 - 29 Doctores referuntur de adventu S. Jacobi in Hispaniam attestantes.
 - 30 Christus Dominus passus est completis 33. annis, tribus mensibus, & aliquibus diebus.
 - 31 S. Jacobus Apostolus in Hispaniam venit tribus, vel quatuor annis post Christi passionem, antequam ceteri Apost. dividerentur.
 - 32 S. Jacobus primum ad Iriensem portum in Gallecia appulit, ibique instituit primum Episcopum Brachara S. Petrum.
 - 33 S. Jacobus ad Hierosolyman rediens, ibi Martyrij palmam consequutus fuit ann. 44. quo etiam Beatus Petrus, quem primum Brachara Episcopum reliquerat, passus est.
 - 34 Dies martyrij Beati Petri fuit 26. Aprilis.
 - 35 S. Jacobi martyrij dies 25. Martij sollemnis fuit, quæ & Christus carnem humanam suscepit, & passus est, & ideo transfertur in diem 25. Julij, quia ea die inventum fuit ejus corpus.
 - 36 Dies vinculorum S. Petri Apost. non celebratur eo die, quo accidit, propter solemnitatem Paschatis, in quo evenit, sed die 1. Augusti, quo catena Romanam sunt adductæ.
 - 37 Brachara primam S. Evangelij prædicationem, primum Episcopum, primamque totius Hispania Ecclesiam S. Jacobi jussu obtinuit.
 - 38 S. Jacobus peragrata Gallecia parte, relictoque Petro Bracharensi Episcopo, cum jam ad Hierosolyman rediret, Aragonia regnum petivit, ubi in Casar-Augustana civitate B. Virgo adhuc in carne vivens illi apparuit.
 - 39 Casar-Augustana civitas primam Hispania Ecclesiam in honorem Beatissimæ Virginis adhuc viva obtinere meruit: Brachara verò in honorem ipsiusmet Christi Domini, ac Beati Petri Apost. adhuc vivi Ecclesiam constructam prius obtinuit.
 - 40 S. Petrus primus Brachara Episcopus martyrij palmam consequutus fuit an. Christi 44.
 - 41 S. Basilius secundus Brachara Episc. passus est an. 58.
 - 42 S. Ovidius tertius Brachara Episc. passus est an. 65.
 - 43 S. Eugenius primus Toletana Ecclesia Episcopus à quo sit constitutus, non invenitur.
 - 44 S. Eugenius antequam in primum Toletana Ecclesia Episcopum crearetur an. 94. vel 95. mittitur à Clem. summo Pont. post Petrum IV. in Galliam ad Evangelium prædicandum.
 - 45 Valdesius in annorum computatione decipitur.
 - 46 S. Eugenius primus Toletana Ecclesia Episcopus secundum veriore relationem martyrio coronatur an. 97.
 - 47 Reprobatur opinio dicentium tempore tantum Suevorum Regum Primatiam in Bracharensi Ecclesia constituisse.
 - 48 Primatiam jus Bracharensi Ecclesia inest ex institutione sancti Jacobi.
 - 49 Sacularis potestas ad Ecclesia jura non potest manum adhibere.
 - 50 Felix Brachara Archiepiscopus in invasione Maurorum cum 27. viris passus est.
 - 51 Bracharensis Ecclesia non in totum Prælati caruit illis temporibus, quibus Saraceni Hispaniam occuparunt.
 - 52 De Argemiro Archiepiscopo Bracharen. mentio fit circa an. 863.
 - 53 De Hero Archiepiscopo Bracharen. mentio fit circa an. 980.
 - 54 Bracharensis Ecclesia licet Maurorum invasionibus Pastore aliquando caruisset, in pristinum postea decus restituta, jacentem, ac penè dormientem statum reassumpsit, quasi post liminio reversa ad Primatiam dignitatem.
 - 55 Concilium primum Bracharense celebratum fuit anno post Christum natum 412.
 - 56 Concilium secundum Bracharense celebratum fuit in Vrbe Lucensi, an. Domini 569.

- 57 Concilium Toletanum quod pro primo habetur tom. 1. Conciliorum, celebratum fuit an 450.
- 58 Regum summorumque secularium causa ex Regis consultatione in Conciliis solebant tractari.
- 59 Gothorum Reges in provincialibus & nationalibus Conciliis presentes erant.
- 60 Concilia Toleti celebrata, dum Reges in ea sedem habebant, congregata erant ad ipsorum supplicationem, & per eos solum invitati conveniebant Episcopi.
- 61 Dignitas major in superscriptione, & prima voce dignoscitur.
- 62 Dexteram pars nobilior est.
- 63 Dignitatem majorem non semper arguit ad dexteram, vel sinistram sedere.
- 64 Episcopi ubi se subscribunt nomine provincia, quam sustinent, nationis, & provincia attenditur dignitas, & nobilitas.
- 65 Episcopi frequentius in Conciliis sedent secundum antiquitatem consecrationis uniuscujusque.
- 66 Episcopi secundum sua consecrationis antiquitatem scripsit, & sederunt in Concilio Trid.
- 67 Bracharensis Archiepiscopus cur aliquando ad Hispanensem Ecclesiam translatus fuerit, ostenditur.
- 68 Privilegia si qua sunt Primatia jus alicui Pralato concedentia, non operantur in tertij prajudicium.
- 69 Primatiam Hispaniarum Toletana Ecclesia de jure competere putaverunt summi Pont.
- 70 Privilegium, seu gratia precibus non veris obtenta ipso jure sunt nulla.
- 71 Privilegium concessum à summo Pont. intelligitur sine tertij prajudicio.
- 72 Confirmatio est juris quasi corroboratio.
- 73 Confirmatio novum jus non tribuit, sed quod antea erat, conservat.
- 74 Nullum quod est confirmari non potest.
- 75 Confirmatio ex certa scientia an actum nullum confirmet, ostenditur.
- 76 Confirmatio ex certa scientia illa dicitur, in qua insertus est tenor rei confirmatae.
- 77 Confirmatio ex certa scientia in tertij prajudicium nihil operatur.
- 78 Primatia contentio inter Archiepiscopos Bracharensis, & Toletanum, à quo tempore incepit, ostenditur.
- 79 Bracharensis Ecclesia cur suum Primatia jus non fuit prosecuta, ostenditur.
- 80 Res omnis ad ultimum statum reduci debet.
- 81 Vltimus rei status in beneficialibus inspici debet.
- 82 D. Fr. Bartholomaeus à Martyribus Bracharensis Archiepiscopus eminenti virtute, & spectata fide insignis, Primatiali cruce erecta per Toletanam civitatem liberè deambulavit.
- 83 D. Fr. Alexius de Meneses Bracharensis Archiepiscopus cum Primatiali Cruce Matrini sepultus.
- 84 D. Alphonsus Hurtado Mendoza vigilantissimus Bracharensis Ecclesia Antistes coram Rege Catholico Philippo III. Vlyssipone Primatus sui jus defendit.
- 85 Illustrissimus D.D. Sebastianus de Matos de Neronha sua Ecclesia jus acerrimè defendit.

SI vera est Jurisconsulti regula in l. 1. ff. de regulis juris, & in l. 2. de verbor. signific. quod in quibusque rebus principia maximè sunt spectanda, tanquam quæ cujusque rei potissima pars sint, veriora in his certè dicenda puto, quæ sub vetustatis involucris magis sunt impleta, ideo omnes qui gentis, aut populi dignitatem explicare student, exponere imprimis ejus originem, ac principia debent, ut quo tēpore clari, aut obscuri nominis fuerint, sine fraude pateat. † Nihil enim majori encomio extollitur in populis, quàm originem antiquam eis præbere, ut Ulpianus eloquens Jureconsul-

tus in l. 1. ff. de censibus, Syriam patriam ea laude exornat, nobilis regionibus, certè saculorum antiquissima. Arcades igitur se Sole, Luna, ac altris priores gloriabantur, ex Statio lib. 4. Thebaidos.

Arcades hinc veteres astris, Lunaque priores.

Plura narrat in hoc propositum Tiraquel. de nobilitate cap. 19. n. 22. & Plinius lib. 8. Epistolarum ad Maximum, ita eleganter exprimit. Require gloriam veterem, & hanc ipsam senectutem, quæ in homine venerabilis, in urbibus sacra est. Et cum plures afferre possem, qui pro re sibi proposita principia semper altiùs petivè, ne tamen longè à semita discedere videar, cum præcipuè quibusvis sint obvia, intendens Bracharensis Ecclesiæ cum cæteris Hispaniarum relationem repræsentare, non dignum solum, sed necessarium duxi illius initia repetere, & ut à loco incipiam, rei natura expostulare videretur.

In amœniori Regni Portugaliæ parte sita est Interamnenis provincia, quam Durimincam appellamus, quod Durio, & Minio fluminibus intercluditur, loci amœnitate celeberrima. † Domitores enim orbis Romani cum ad Lusitaniam oppugnadam venissent, Minio superato, ante Bracharensis territorium quatuor leucis prope Limam fluvium castra posuerunt, loci amœnitate capti, singulaque per otium contemplantes per Elisæos campos & vireta Poëtarum figmentis celeberrima spatari crediderunt: Lethem dixerunt fluvium, quod ibi securos latices, & longa patriæ potaverint obliviam; si advenæ magna Orbis parte peragrata Interamneni regioni terrarum principatum Romæ oblici detulerunt, cur ego Romæ habitans, nunquam meæ patriæ oblitus, ejus honorem, laudes, & encomia verbis, & scriptis non proferam? Primam refero tibi Brachara sortem, quæ si ad primævam Hispaniarum sortem spectemus, tantum alias inter caput evehis urbes, quantum lenta solent inter viburna cupressi. Non sum adeò inurbanus, ut non videam & agnosca quantum me felicem reddiderit hæc Curia, quæ albo semper erit signanda calculo, ne ullo unquam tempore à memoria dilabatur: illud verò rogabo Superos, à quibus hoc mihi munus ex Dei gratia oblatum credo, ut prospero cursu ad finem ducant, quæ tam feliciter auspiciantur, nec imperfecto itinere destituant, quem semel placido lumine conspexerunt.

De hac Interamneni Provincia, ut aliis omissis hoc loco verba faciam, quid referam? quæ etsi angustiis finibus, videlicet quinquaginta quatuor milliariis longitudine, triginta & sex latitudine circumscripita sit, rerum tamen splendore & varietate longè lateq; patere notum sit iis, qui eam oculis perlustrarunt: in qua Collegiatae quinque, præter centum & quadraginta Monasteria diversorum Ordinum ditissima, & alias Ecclesias, quas Parochiales appellamus, quæ 14.60. numerum excedunt, suis Baptisteriis adauctæ: amœnitatem verò non obscuro vocis testimonio arguunt illi fontium perennium 25000. gratissimi decursus. Sunt & flumina, portus maritimi, pontes elegantissimo lapide constructi, maxima aëris temperies, & omnium rerum fertilitas, ac fecunditas, & alia multa, quæ cum ad rem nostram hoc in loco non spectent, nequaquam possunt recenseri, licet patrius amor nihil intactum relinquere, & omnia libenter prosequi voluisset, cum omnium societatum nulla sit arctior, nulla sanctior, quàm ea, quæ cum patria unicuique nostrum est, ut ait Cicero. Quod gravissimi Viri magno, & exacto judicio apud se meditantibus, re & consilio eam adjuvare non destiterunt, quod Aristides Atheniensis opere illo egregio comprobavit, qui adhuc exulans in patriam reversus præclarissimam victoriam in bello contra Xerxem reportavit. Non absimile illud Camilli, qui exulans apud Ardeates, cum Galli hac Urbe incensa Capitolium obsiderent, collecto tumultuario exercitu in eos ivit, & suos cives obsidione liberavit.

Mihi

Mihi in hac Interamnenſi Provincia ex optimis, piiff- que parentibus naſci contigit; nam pater meus Li- centiatus Emmanuel Barboſa, nonageſimum circiter annum nunc agens, ibi eſt magna erga Deum pietate, & vitæ integritate memorabilis, qui ob inſignes ani- mi ſui dotes, rectitudinem, & ſummam in utroque Jure, ac politioribus litteris peritiã à Philippo Hiſpaniarum Rege Secundo in prædicta provincia Advo- catus Regius conſtitutus fuit, quo in munere obeun- do, atque aliis arduis negotiis ſibi commiſſis cum ſumma integritate, & doctrinæ laude verſatus, apud ſtudioſos, & inſignes viros non vulgarem ſibi virtu- tis, & eruditionis famam comparavit. Teſtes ſunt duo illi libri in Ordinationes Regias Luſitanorum mea opera & diligentia in lucem editi. Teſtis unus pro millibus eſt perilluſtris Dominus Senator Regius meritiſſimus Doctõr Gabriel Pereira à Caſtro, noſtræ Luſitanicæ gentis decus, & ornamentum, illius quon- dam celeberrimi Jurisconſulti Regij pariter & Senato- ris nobiliſſimi D. Franciſci de Caldas Pereira & Caſtro filius, in ſuis eruditiſſimis deciſionibus tom. 1. deciſ. 83. Ex filiis ego natus major, qui dum puſillus puer, & in cunabulis benè verſatus, Luſitano occultato idio- mate, Latinã didici linguam. Fuerunt & alij filij, quo- rum unum pius parens Beatiffimæ Virginis Montis Carmeli, alterum Sanctiſſimæ Trinitatis religionibus, tanquam ſuorum fructuum primitias obtulit, qui adhuc juvenes in Philoſophia, & ſacra Theologia de ſe multa, & gravia in dies pollicentur. Inter quos præ- tereundus non eſt Doctõr Simon Vaz Barboſa, in Co- nimbricenſi Academia Artium Magiſter, & publicus Baccalaureorum, & Licentiatorum ejuſdem Facultatis examinatus, quem ut ejus opera, & diligentia in meis operibus conſcribendis uſus fuiſſem, in hanc curiam ſocium elegi. Reſtat & ſoror una, non ſo- lum nobis fratribus, cæteriſque propinquis, ſed etiam omnibus matronis incomparabili virtute, ſingulari prudentia, & morum gravitate conſpicua: nupſit no- biliſſimo viro Philippo Vieria Pinto, Chriſti Cruce inſignito, filio Doctõris Hieronymi Vieria Pinto Se- natoris Regij, & triumviri civitatis Ulyſſiponenſis gubernandæ. Habuit & parens meus ſub ejus tutela ſorores duas, quarum una nupſit Excell. D. Didaco Correa de Lacerda, filio Antonij Pereira Correa, Or- dinis Domini noſtri Jeſu Chriſti Commendatoris, & Domini oppidi de Farelaes, cujus ex utroque latere no- bilitas cum omnibus nota ſit, non eget commendatio- ne; altera verò nupſit Coſmo Machado de Miranda ex utroque etiam latere nobili Luſitano. Exiit & alius Emmanuel Barboſa proavus meus, & parentis avus civis Bracharenſis, & Medicus Regius, qui valebat plu- rimum gratia apud Infantem Henricum Sanctæ Roma- næ Eccleſiæ Cardinalem, qui poſtea fuit Rex, cujus erat cliens: hujus filius fuit Doctõr Antonius Barboſa ejuſdem Cardinalis Henrici intimus Cubicularius, & Portugalicæ Regni Chirurgus major, viri omnes ex nobilibus Cardoſorum, Averij, & Bravorum Aſturicæ Auguſtæ familiis originem trahentes. Fuerunt & viri alij (exceptis Barboſis ob eorum ſingularia ſcripta ubi- que notis) in noſtra familia litteris inſignes, quorum unum, ne longior ſiam, ætatis noſtræ in medium pro- feram, Doctõrem ſcilicet Franciſcum Rebello Daze- vedo parentis mei ſobrini, quem tantis augmentis fortuna extulit, ut intra brevem temporis curſum in Conimbricenſi Academia Juris Põtiſcij eximius Pro- feſſor, ac publicus Magiſter extitiſſet, deinde Doctõ- ralis Canonicus in Metropolitana Ulyſſiponenſi, cu- jus fuit Apoſtolicæ munere gubernator, hinc ad ſu- premum ſupplicationis Regium Senatuum tranſlatus, poſtea Regij Palatii Senator, & à conſiliis Regiæ Ma- jeſtatis creatus fuit, nimirum ut quot noſtræ Luſita- niæ ſunt partes, totidem faceret monumenta virtutis ſuæ, cujus immatura mors maximã nobis reliquit ſui

deſiderium. Ex materna parte à nobilibus civibus Por- tugalenſis civitatis in Regno ſecundæ origo nobis eſt; in qua avus, ac proavus nobilia Reip. officia obierunt; & hac tempeſtate matris meæ patrueles fratres Conſu- les extiterunt, ac Confraternitatis Sanctæ Miſericor- diæ Gubernatores, ad quæ officia ex Regiis litteris nonniſi nobilitate inſigniores illius S. Confraternitatis voce eliguntur. Extrat & matris meæ germanus frater patritius in libris Regum inter nobiliores deſcriptus, Chriſti inſigne geſtans. De illo demum gratias Deo referens gloriari oportet, quod nullus extiterit ex pa- rentibus, atavis, & proavis meis, & plus ultra, ubi memoria hominum vel ſcripturarum monumenta pervenire poſſunt, qui infamiã laboraret, mechanicam artem exerceret, aut contra Divinam, vel humanam majeſtatem crimen ullum committeret.

In hac Interamnenſi Provincia, quam prædicti Ma- jores mei coluerunt, ſita eſt Bracharenſis civitas, quæ à Carthaginenſibus illic appulſis, & ab Himiſione relictis initium ſumpſit, & non à Gallis Celtis, ut Florianus Campenſis autumat in *Chronica Hiſpania*, lib. 3. cap. 57. & Garibai lib. 5. cap. 10. à fluvio Africæ Braganda cognominata, teſte Ario Barboſa Luſitano in ſuis poematibus, Auguſtino Pacenſi in vita S. Pe- tri martyris, ac Bernardo de Britto in *Monarchia Lu- ſitana*, lib. 2. cap. 6. Illuſtriſſ. D. Roderic. à Cunha in *hiſtor. Eccleſiaſt. Archiepiſc. Bracharenſ. part. 1. cap. 1. num. 5.*

Auguſtæ titulo ab Auguſto Imperatore ſibi impo- ſito Bracharam cohonestatam meminit Plinius lib. 4. cap. 20. & latè alios citans tradit Bernardus de Britto in *Monarchia Luſitana*, p. 1. lib. 4. c. 18. ubi alia notanda adducit. Et faciunt fidem plures inſcriptiones lapideæ, quæ in ipſa urbe reperiuntur, de quibus meminere Ambroſius Morales Hiſpanus Hiſtoriographus in *de- ſcript. Hiſpanie* cap. 24. Elias Vinetus in *annotation. ad Auſonij urbes*, ubi de Hiſpali agit num. 204. Doctõr Ber- nard. de Britto p. 2. lib. 5. cap. 9. 11. & 13.

Divitem Bracharam ex antiquiſſima negotiatione, & magnitudine appellat Auſonius illo carmine,

Quaque ſinu pelagi jactet ſe Brachara dives.

Divitem vocat ex mercibus ad portum ſuum expo- rtatis, quia ager Bracharenſis, quem vulgò terminum, vel territorium appellant, extendebatur uſque ad ma- re, quod nunc diſtat ab urbe plus viginti milliariibus, multique Bracharæ ea de cauſa negotiabantur, ut re- fert Elias Vinetus *ad dictum locum Auſonij*, ubi ait ſe extra urbem fragmentum lapidis reperiſſe cum in- ſcriptione ſequenti: *Cives Romani, qui negotiantur Bra- chare Auguſte*. Non enim novum eſt ſi civitas hæc no- va baſilica mercium paucis ab hinc annis à guberna- toribus ſuis erecta, mercatorum copiã frequentetur, & in dies uberiores radices agat, & omnium ad vitam neceſſariorum copiã abundet.

Unum è ſeptem conventibus juridicis Provinciæ Hiſpaniæ habuiſſe refert Plinius junior *naturalis hi- ſtorie* lib. 3. c. 3. Nunc, inquit, *uni-verſa provincia divi- ditur in conventus ſeptem, Carthaginenſem, Tarraco- nenſem, Caſarauguſtanum, Clunienſem, Aſturum, Lu- cenſem, Bracharam*; ſunt autem nomina harum ur- bium vulgari idiomate, *Carthagenã, Tarragonã, Sarago- ça de Aragon, Corunna, Aſtorga, Lugo, Braga*. In his ju- ridicis conventibus Ethnicis ad ſua ſacrificia peragen- da ¶ flamines, protoflamines, & archiflamines ſoliti erant conſtituere, teſte D. Iſidoro *etymolog. lib. 7. c. 12. relato in c. 1. & 2. diſt. 21.*

Pro ſingulis prælationis ac dignitatum gradibus D. 10 Petrus Apoſtolus urbes & loca conſtituit, ita ut in his; in quibus apud Ethnicos erant primi eorum flamines, & prima judiciaria poteſtas, ſcilicet Rectores provin- ciarum, Proconſules, eorumque Legati, præeſſent Primates: in iis verò, in quibus erant archiflamines, eſſent Archiepiſcopi: in ſingulis verò reliquis civi- tatibus

tatibus præfessent Episcopi, ut refert Clemens Papa in cap. in illis, 80. dist. & Anacletus in cap. 1. 99. dist.

¹¹ Cum ergo Bracharenfis civitas caput Provinciae juridico conventu ornata fuisset, juxta auctoritatem Plinij supra relatam, Archiepiscopalem dignitatem cum titulo primæ Sedis secundum dignitatem gradus à Divo Petro constitutam optimo jure adeptæ est, illo scilicet tempore, quo nulla alia in Hispania erecta erat Ecclesia, quæ cum Bracharenfi de Primatia contendere posset, prout latè probat Doct. Bernardus de Britto in *Monarchia Lusitana*, p. 2. lib. 6. cap. 5.

¹² In descriptione Bracharæ Augustæ Georgius Braunnus Agrippinas in *theatro Urbium præcipuarum mundi*, sic ait: *Bracharam unam de antiquioribus Hispania urbibus à Gallis Celtis, cognomento Brachatis fuisse conditam fama est anno ante virginæ partum 290. Hanc annorum 40. obsidione tandem expugnatam sub sua ditione annis serè quingentis Romani tenuere, cui & Augusta nomen indiderunt. Fuit in illa urbe primus juridicus conventus, unus è septem citerioris Hispania, veteri more, institutoque Romano: unde auctore Plinio urbes quatuor & viginti jus petere consueverant. Hinc ab Antonio Pio quinque iimera militaria in varias Hispania partes describuntur. Illam urbem Ansonius Poëta divitem, atque opibus florentem vocat. Sed & præcis Majorum annalibus præscriptum extat Regum Suevorum antiquam Sedem fuisse Brachara annos 70. supra centum, & sub Gothis annos 127. floruisse, quem & Alphonsus hujus nominis primus, cognomento Catholicus, Hispaniarum Rex primam ante omnes Hispania Metropolitanas urbes ex Sarracenorum tyranniide in pristinam libertatem vindicavit ann. 740. Illic Regum Portugalia primus sator Henricus Comes (Guidonis Comitæ Vernchenfis, & Brionenfis filius) Alphonsi Henrici primi Lusitania regis pater, in templo maximo, quod ipse erexerat, sepultus est. Sed longè majus ubi decus è rebus sacris accedit. Nam Christi Optim. Maxim. Fidem complexæ est D. Petro S. Jacobi Majoris discipulo prædicante vix post annum decimum, quo idem Dominus subacta morte in cælum victor ascenderit. Colit igitur Brachara ut patronum eundem D. Petrum Martyrem suum primum Archiprasulem, unà cum tribus aliis suis iidem sacris Pastoribus, Martino, Fruetoso, & Gerardo, quibus veluti quatuor columnis Bracharenfis Ecclesia fulcitur, & fulget. Multum sanguinis olim pro Christo effudit, dives octo Sanctorum corporibus, aliisque innumeris reliquiis, ornata templis, nobilitata Patrum Conciliis, decorata sodalitatibus ritè institutis, totius Hispania Primatum antiquissimo jure sibi vindicat, qua de re cum Toletana Sede vetus eî lis est, & contentio, cujus meminit Honor. III. in c. coram, de in integr. restitut. qua tamen lis ab eisdem Pont. Max. tempore ad nostram usque aetatem silet. Posita est Brachara in ea parte Regni Portugalia, qua Regio Interamnis dicitur, à duobus, quibus clauditur, Durio, & Minio memorabilibus fluviiis, sita in quinto climate, gradus habens longitudinis sex, latitudinis duos & quadraginta ac semis, distat ab Oceano quinque leucas, civitas pleno jure Archiepiscopo paret, sive spirituatem jurisdictionem spectes, sive temporalem, multò quondam frequentior, nunc incolatum numerat ad duo millia: fructur magna cæli, aërisque clementia, insigni agrorum ubertate, & amœnitate, quod eî beneficium commune est cum hac tota Regione Interamni. Hæc Georgius Braunnus d. loco.*

Cujus Braunij descriptioni addendum duxi, Bracharensem Archiepiscopum ex longissima quadam consuetudine, cujus initium longè ab hominum memoria distat, causarum civilium, & criminalium Senatuum semper habuisse, quem novem Senatores cum congrua portione viri docti & probi exornant, qui lites, & penè innumera negotia pro grandi Patriarcharum numero expediunt: hunc Senatuum, sive relationis domum † quatuor Suffraganei, Conimbricensis, ¹⁴ Vitenfis, Pottuensis, & Mirandensis Episcopi, per ap-

pellationes agnoscunt, & semper casus occurrunt gravissimi: ideo munus hoc respectæ virtutis, ac maturi consilij viris commendatur.

Præter istos alios quinque Senatores inferiores, ¹⁵ quos vicarios appellamus, in quinque diocesis provinciis triennales creat de more, institutoque antiquo Illustr. Bracharenfis Archiepiscopus, quorum singuli cum certo scribarum, & apparitorum numero pro tribunali sedentes suum vicariale munus egregiè præstant, suam unusquisque provinciam annua visitatione perlustrat, atque in id præcipuè insudat, ut omnium animæ à vitiis expientur: ab his universæ lites ad Curiam Bracharensem per appellationem deferuntur.

Habet & temporalem jurisdictionem Bracharense ¹⁶ tribunal amplissimam, in quo quamplures advocati multo rerum usu, & experientia præditi, & jurisconsultissimi, qui omnes in tam vasta forensium negotiorum mole Primatem haud segniter adjuvant. Ad hæc creat & removet omnes judices annuos, magistratus, scribas utriusque fori. Decuriones item & Consiliarios tam in Bracharenfi civitate, quàm in tredecim oppidis asyli titulo decoratis (*coutos* nostro idiomate vocamus) in quibus temporalem jurisdictionem habent Primates nullius imperio obnoxiam, quorum officia ad Primatis obitum expirant.

Causæ civiles quantumvis graves in amplissimo ¹⁷ Bracharenfi Senatu sine ulla appellatione concluduntur; criminales item in prima tantum instantia illic deciduntur, & appellationes in finali ad Regiam jurisdictionem deferuntur. Causæ verò omnes tredecim asylorum illic etiam per appellationem terminantur, quia in illis merum, & mixtum imperium habent Primates, sicut & ipse Rex in suis. † Quapropter hac ¹⁸ nostra tempestate Illustrissimus Dominus Alphonsus Furato de Mendoza, meritissimus Bracharenfis Archiepiscopus viros omnigenæ litteraturæ, memorandæ, & incorruptæ virtutis, ac providæ eruditionis ad huc amplissimum Senatuum selegit, ex quibus viva apud nostros permanebit memoria Doctoris Joannis Peixotij à Sousa, Juris utriusque consultissimi, cujus eximia doctrina, & exacta prudentia, postquam illum in generalem Archiepiscopatus Eboren. Vicarium elegit, ad amplissimum Bracharensem Senatuum Cancellarij Maximi dignitate omnium ore, & assensu transtulit. Alter adest meritissimus Curia Bracharenfis Senator, Doctor scilicet Joannes Peixotius Rebello, vir integerrimus, omnium rerum, ac litterarum studio clarissimus, & ingenij acumine insignis. Nec tamen à memoria nostra unquam elabetur clarissimus Doctor Gaspar Don Rego da Fonseca, in Curia, & tota Bracharenfi diocesi officialis in spiritualibus, & temporalibus generalis, utriusque Juris prudentissimus, qui ob rerum forensium, domesticarumque peritiam ad omnes encomij laudes natus, nunc Portugalensis Episcopus meritò est creatus. Emicat denique in illa amplissima Curia Doctor Bernardus da Fonseca Sarai-va, vir legalis, & Pontificij juris scientia conspicuus, & disciplinarum omnium cognitione ita inclutus, ut ejus ingenium, comitatem, & in litteris humanis scientiâ nulla satis æquare possit admiratio, ob cujus maximam eruditionem, assiduaque negotiorum experimēta, Vicarij generalis honore Bracharæ est insignitus.

Priori in Fide recipienda Ecclesiæ potiore Sedem ¹⁹ deberi, exemplo ipsiusmet Ecclesiæ in ejus Sede habenda instruimur, in qua Beatus Paulus cap. 8. ad Romanos, Apostolos, ut primitias Fidei habentes, majori privilegio ornatos ostendit, ibi, *non solum autem illa, sed & nos ipsi primitias spiritus Dei habentes.* Quo loco Beat. Thom. part. 1. quest. 44. art. 7. cæteraque Theologorum schola in 1. sentent. dist. 16. art. 2. docet † potiori ac sublimiori gradu, & præmio gloriæ Apostolos frui, quia priores in Fide recipienda extiterint, ²⁰ eaque

eaque laude ornat Beatus Lucas Antiochenſis *cap. 11. Actuum Apoſtolorum*, itaut cognominarentur primi Antiochiæ Diſcipuli Chriſtiani, & ideo, quâ primi, potiores conſtituti ſunt, cum ibi Beatus Petrus Sedem Pontificatus collocaverit, & Romam poſtea Sede tranſlata, ut ſuprà oſtendimus, Patriarchalis dignitas perpetua manſerit in Eccleſia ejus, gloriamque gentis extollit hac in re D. Chryſoſtom. *homil. 3. ad populum Antiochenum. Sicut Petrus inter Apoſtolos primus Chriſtum prædicavit: ſic inter civitates hæc primatum, & coronam quandam admirabilem Chriſtianorum tulit appellatione: Et homilia 7. in Matthæum. Vos autem ſiquidem aliquod de honore certamen oriatur omni ambitione contenditis, ut vel univerſo præſideatis orbi, illo ſcilicet vobis privilegio blandientes, quod hæc prima civitas fidelibus Chriſtianorum nomen impoſuit. Et ab ipſomet legiſlatore divino legis Evangelicæ Chriſto Optimo Maximo exordiendo hæc lex ordinata fuit, cum primo in Fide, & vocatione Petro, ex *cap. 4. Matth. & Marci cap. 1. prior dignitas, & major collata fit, ut Pontifex ſucceſſor ejuſdem Chriſti, & caput ejus Eccleſiæ eſſet.**

11 Quam regulam ad noſtrum propoſitum dirigentes dicere tutò poſſimus, ſi ab ipſo naſcentis Eccleſiæ primordio ſint jacta fundamenta, nullam in Hiſpania antiquiorem Bracharenſi reperiri. Habet enim Divum Petrum ſuum Epiſcopum divinitùs ſibi datum à Divo Jacobi Apoſtolo, à mortuis ſuſcitatum, multis antea ſæculis deſunctum, ut ex epiſtola Vgonis Portugalenſis Epiſcopi conſtat, cujus meminere Joſeph. Pelicier. in *panegyrico Gongora, ſtant. 4. 2. col. 655. & 659. & Illuſtriſſ. D. Acuña de primatu Eccleſiæ Bracharenſ. cap. 12. numer. 2. & in hiſtoria Eccleſiaſt. Archiepiſcopor. Bracharenſ. part. 2. cap. 16. Et ex relatione Divi Athanaſij primi Cæſarauguſtanæ civitatis Epiſcopi compertum eſt, quam in Inſula Sardinia Reverendum Patrem Andream ab Olivenſa reperiffe refert Illuſtriſſ. Dominus Fr. Prudentius de Sandoval Epiſcopus olim Tudenſis, nunc Pamplonenſis, in *libr. quem inſcripſit, de antiquitate Tudenſis Eccleſiæ, in principio, quod quidem fragmentum, prout ab eo accepi, in medium profero, & fides ſit penes auctorem, illud etiam poſt aliquas hujus tract. impreſſiones inveni apud Illuſtriſſimum D. Acuña in hiſtoria Eccleſiaſtica Epiſcoporum Portugalenſ. lib. 7. cap. 12. verba Anaſtaſij ſequuntur:**

22 † Ego novi ſanctum Petrum primum Bracharenſem Epiſcopum, quem antiquum Prophetam ſuſcitavit ſanctus Jacobus Zebedai filius magiſter meus: hic venerat cum duodecim tribubus miſſis à Nabuchodonofore in Hiſpaniam Hieroſolymis, duce Nabucocerda, vel Pyrrho Hiſpanorum præſecto: dictus eſt hic Prophetæ Samuel junior, vel Malachias ſenior, propter morum gravitatem, & vultus pulchritudinem, Uria Prophetæ filius, factus Epiſcopus multos Judæorum ad Fidem convertit, dicens ſe veniſſe cum eorum Majoribus, & prædicaffe tranſmigratis, obiffe verdò viginti annis poſt adventum eorum in Hiſpanias. Hic vir Apoſtolicus acceptis à ſancto Jacobo inſtitutionibus Apoſtolicis, Evangelio, & ordine Miſſæ, ac celebratione Sacramentorum, venit Bracharam, epiſtolas Apoſtolicis plenas ſpiritu ſcripſit ad Eccleſias, in quibus Epiſcopos inſtituit, vel Irienſem, Amphilocheſem, Eminienſem, Portuenſem, ubi ſanctum Baſileum condiscipulum poſuit (qui illi per martyrium ſublato ſucceſſit in Sede Bracharenſi) Epiſtadium in Tudenſi. Iſti viri divini, planeque Apoſtolicis, inſtar Apoſtolorum, non in una ſemper urbe morabantur, ſed quò rapiebat illos Spiritus Sanctus, ferebantur, ut Epiſtadium, qui non ſolum in Tudenſi Eccleſia, ſed in urbe Luſitanie Ambratia prædicavit, qui ſignis, & varietate linguarum prædicationem illuſtrabant, nec ſoli ibant prædicatum, ſed multis diſcipulis comitati, ut fecit Chriſtus, Petrus, Jacobus, & ceteri Apoſtoli.

23 Rem ſtupendam, & multis ſæculis abſconditam, & Aug. Barboſ. de Epiſcop. Pars I.

paucis adhinc annis repertam nobis narrat Athanaſius, qui in iſto fragmento ſe nominat ſancti Jacobi diſcipulum, & ultra Petrum Bracharæ Epiſcopum, dicitur Baſileum fuiſſe condiscipulum; ſunt ergo ibi tres ſancti Jacobi diſcipuli, & licet Pelagius Ouerenſis Epiſcopus relatus ab Ambroſio Morales *part. 1. Chronica Hiſpania, lib. 9. cap. 7. ſeptem tantum dicat fuiſſe diſcipulos à Divo Jacobo in Hiſpaniam ſuſceptos, Colocerum ſcilicet, Baſileum, qui eſt prædictus Baſileus, Pium, Chryſogonum, Theodorum, Athanaſium, qui eſt prædictus Athanaſius, & Maximum, conſtat tamen fuiſſe etiam dictum Petrum, & in laminis plumbeis repertis in monte ſancto Granatenſi, anno Domini 1595. alij etiam nominantur diſcipuli; ſanctus ſcilicet Hiſcius, ſanctus Theſiphon, ſanctus Cecilius. Ita referunt Gregorius Lopez Madeira in *diſcurſibus dicti montis ſancti, cap. 1. Fr. Didacus Murillo en la fundacion milagroſa de la capilla Angelica del Pilar, cap. 8. pag. 62. Franciſ. de Piſa en la hiſtoria de Toledo, lib. 2. cap. 7. Jacob Valdeſius de dignitate Regum, regnorumque Hiſpania, cap. 6. num. 29. cum ſequentibus. Bernard. de Britto in Monarchia Luſitana, part. 2. lib. 5. cap. 5. ubi ex Papæ Calixti auctoritate dicit novem diſcipulos Divum Jacobum elegiſſe in Hiſpania, è quibus ſeptem ſecum duxit Hieroſolymam, relictis duobus in Gallecia: nomina iſtorum ſeptem ſunt Torcacatus, Theſiphon, Secundus, Indalecius, Cæcilius. Eſcius, Euphraſius: in laminis in monte ſancto repertis de Theſiphonte, Cæcilio, & Heſicio ibidem martyrio ſublatis mentio habetur, & pro diſcipulis Divi Jacobi nominantur; qui autem fuerint duo, qui deſiderantur in Calixti Papæ relatione, incertum eſt, cum & alij etiam nominentur, inter quos Baſileus, & Athanaſius reperiuntur, & de beato Petro Jacob. Valdeſius dicto *cap. 6. num. 40. in hæc verba: Cum Petrus Martyr etiam diſcipulus Beati Jacobi Bracharenſis Epiſcopus, vulgò Braga in Luſitania, legatur apud Baronium die 26. Aprilis in Martyrologio.***

Habet deinde fragmentum, ſanctum Petrum fuiſſe antiquum Prophetam, quem ſanctus Jacobus ſuſcitavit, ut eum in Sede Bracharenſi collocaret, illique nomen fuiſſe Samuel, vel Malachias, cui patet Uria Prophetæ, de quo *Hierem. cap. 26. dicitur fuiſſe occiſum juffu Regis Joachim, tempore Nabuchodonofor, & iſtum † Samuelem veniſſe cum tranſmigratis in Hiſpaniam duce Nabucocerda, vel Pyrrho Hiſpaniarum præſecto, cum imperaret Nabuchodonofor annis ante Chriſti Servatoris noſtri adventum 388. junctiſque 36. poſt illius nativitate quo tempore ſanctus Jacobus venit in Hiſpaniam, ſunt an 424. ab adventu Nabuchodonofor in Hiſpaniam, prout referunt Joſeph. de antiquitatibus *lib. 10. cap. 11. in fine. Petrus Matthæus in ſcholiis ad Motum proprium 32. Pij Quinti, pag. 605. Pineda in Monarchia Eccleſiaſtica, lib. 4. c. 20. §. 1. Mariana p. prima hiſtoria Hiſpania, lib. 1. c. 17. Doct. Bernard. de Britto in Monarchia Luſitana, p. 1. lib. 1. c. 28.**

26 Ex diſcipulis, quibus ſanctus Petrus comitatus erat, ut dixit fragmentum, ordinavit Epiſcopos, & in locis in fragmento nominatis conſtituit, ubi ex illis duo nominantur, ſcilicet Baſileus & Epiſtadius, quos inſtituere, non potuerat, niſi priùs à Divo Jacobo fuiſſet ordinatus, illique traditum jus Primatiæ, quo ſemper uſa eſt Eccleſia Bracharenſis: quæ ergo poteſt eſſe contentio, ubi liquidò conſtat Eccleſiæ Bracharenſi edito tam inſigni miraculo illud fuiſſe tributum? pro cujus fragmenti deſenſione multa adducit D. Cunha *d. part. 1. cap. 16. & 17.*

27 In illa Galleciæ provincia quæ Durio flumine terminabatur, illam partem Interamnensis regionis includens, ubi ſita eſt Bracharenſis civitas cum ſuo territorio, Divus Jacobus cum in Hiſpaniam ſe contuliſſet, primam Fidei plantationem fecit, & quam vivus peragravit, eam poſt obitum ſuum elegit ad ſui corporis depositio

depositionem, & licet longis intermediis regionibus martyrij palmam fuerit consequutus, à discipulis, quos illic instituerat, & secum Hierosolymam duxerat, voluit non sine maximo miraculo navigio delatus ad Iriensem portum, ubi Divum Petrum jam Episcopum constituerat, appellere, quod narrat historia Compostellana, quam etiam Vasseus refert servatam in archivio ejusdem Ecclesiæ, prout testatur Jacob. Valdes d. cap. 6. n. 25. cujus verba hæc sunt. † Occidit Herodes Iacobum Fratrem Joannis gladio, cujus Beatissimi Apostoli corpus venerandum Judæi malevolentia & invidia ducti nec sepeliri voluerunt, nec à Christianis, qui tunc temporis Hierosolymis erant, sepeliri permiserunt; sed sicut Leo Papa in epistola, quam de ejus passione & corporis ipsius in Hispaniam translatione ad Hispanos destinavit, affirmat integrum corpus cum capite extra civitatem projicientes canibus, avibus atque feris devorandum, consumendumque exposuerunt; sed ejus discipuli ab eo adhuc vivente premoniti, ut corpus suum in Hispaniam transferrent tumulandum, totum corpus cum capite, teste Leone Papa, nocturno tempore arripientes ad littus usque maris citato calle pervenerunt, ubi dum solliciti de navigio, quo transfretarent in Hispaniam, essent, navem divinitus paratam in littore maris invenerunt, quam Deo gratias unanimiter agentes imposito sacratissimo corpore leti conscenderunt, & Scyllam cum Carybdi, ac periculosis syrtibus manu Domini gubernante, divinitus primum ad Iriensem portum felici cursu pervenerunt, deinde venerabile Corpus ad locum, qui tunc Liberum Donum, nunc Compostella dicitur, deferentes, sub marmoreis arcibus sepelierunt. Nec jam dubitare licet de adventu Divi Jacobi in Hispaniam, cum de hoc in dicto fragmento constet, librosque integros ediderint † Domini Joannes à Velasco Castellæ Comestabilis, Hernando Oxea in la historia del glorioso Apostol. Santiago Patron de España, y de su venida a ella, Didacus del Castillo en el libro de la venida de Santiago à España, Bartholom. Llorente en el indice de los Autores, que afirman la venida de Santiago à España, Joannes Beltram. de Guevara Archiepiscopus Compostellanus, Franciscus de Xodar Carmelitanus, Fr. Francisc. de Jesu; & ejusdem sententiæ sunt, eamque ab impugnationibus defenderunt Ferreolus in libr. de Maria Augusta Virgine Deipara, lib. 2. cap. 2. Vasseus in chronica Hispania, anno 37. Mutius Justinus part. 7. historia sacra, fol. 136. S. Isidorus de vita & morte Sanctorum, cap. 73. Tarafa de Regibus Hispania, p. 1. in Claudio Caligula, S. Antonin. part. 1. historia, tit. 6. cap. 7. Fr. Henric. de Monroy in Apologia contra Archiepiscopum Toletanum, Gregorius Lopez Madeira in discursibus mentis Sancti Granatensis, cap. 3. fol. 144. Lutius Marinæus Sículus en la historia de las cosas de Hespaña, lib. 5. cap. de san Trocato, y sus compañeros, y cap. de la fundacion de la yglesia del Pilar, Ambros. de Morales in chronicis Hispania, part. 1. lib. 9. cap. 7. fol. 228. Antonius Beuter en las chronicas de Hespagna, part. 2. cap. 23. Rhades de Andrada en la historia de las tres Ordenes Militares, en la de Santiago, cap. 1. Estebon de Garibay lib. 7. cap. 3. & 4. & lib. 23. cap. 72. Hieronymus Zurita lib. 1. de los annales de Aragon, cap. 44. fol. 28. Bivar, & Caro anno Christi 73. Hieronymus Romanus en la chronica de las Republicas, lib. 1. cap. 2. & 3. Vray Fernando del Castillo en la historia de San Domingo, lib. 1. cap. 1. P. Joannes de Mariana part. 1. historia Hispania, lib. 4. cap. 2. Prudentius de Sandoval in libr. quem inscripsit de antiquitatibus Tudensis Ecclesiæ, fol. 12. verso, Doctor Bernardus de Britto in Monarchia Lusitana part. 2. lib. 5. cap. 3. Don Maurus Ferrer en la historia de Santiago, Fr. Didacus Murillo en la fundacion milagrosa de la capilla Angelica del Pilar, cap. 5. Joan. Bellet. in explicat. divin. offic. cap. 140. Fr. Joan. de Ponte de conven. utriusque Monarchia, lib. 2. r. 14. & 15. Joseph.

Stephan. Valentin. in lib. de potestate coactiva Romani Pontif. cap. 8. Thom. Bozz. lib. 4. de signis, c. 1. pag. 126. Joan. Broz. Martinez in historia S. Joannis de la Peña, pag. 569. Calist. Ramirez de leg. Reg. in init. num. 42. cum seqq. novissime illustriss. D. Roderic. à Cahuna in historia Ecclesiastica Archiepiscop. Bracharen. part. 1. cap. 14. Torreblan. de magia lib. 2. cap. 27. n. 42. latè, & eleganter Jacobus Valdesius de dignitate Regum, Regnorumque Hispania, cap. 6. num. 18. cum seqq. ubi contrariis respondet fundamentis; plures alios Doctores de hoc adventu Divi Jacobi in Hispaniam attestantes refert diligentissimus Cened. ad Decretum collect. 43. num. 2. Alphons. de Mendoza in suis quodlib. quest. 5. Fr. Didac. de la Mota en el libro de la Orden de Santiago, cap. 1. Fr. Francisc. Diago en su historia de los Condes de Barcelona, lib. 1. cap. 6. Ferdin. de Mendoza in defens. Concilij Iliberit. lib. 1. cap. 10. & lib. 2. cap. 45. Fr. Francisc. Ximen. lib. 10. cap. de divis. Apostolor. Fr. Joan de Pineda en su monarchia Ecclesiastica, part. 2. lib. 10. cap. 25. Petr. Canif. de Virgine lib. 5. cap. 21. Petr. de Natalib. in catal. Sanctor. lib. 6. cap. 133. idem Gregor. Lopez Madera en las excellencias de España, cap. 6. Anton. Possev. in Bibliotheca selecta, tom. 1. lib. 4. cap. 2. Cosmus de Magallanes in comment. super epist. ad Timoth. in proem. sect. 15. Jacob. Pamel. in annot. Tertullian. ad Judæos, cap. 7. num. 14. Martin. Delt. disquis. magicar. lib. 2. quest. 16. sect. 5. Stephan. Durant. de ritib. Eccles. lib. 1. cap. 2. n. 4. P. Pineda de rebus gestis Salomonis, lib. 8. c. 1. selecta 7. Malvenda de Antichisto, lib. 3. cap. 6. D. Joan. de Solorzano de jure Indiarum lib. 1. c. 14. num. 34. novissime Michaël de Salinas Viñuela en el libro intitulado, España primogenita de Jesu Christo, con decision de la venida, y predicacion de Santiago. Et in Urbana Breviarij Romani recognitione in festo sancti Jacobi Apostoli die 25. Julij restituta est lectio de certa professione Sancti Jacobi in Hispaniam, uno omnimodo consensu, & applausu comprobata, opera & diligentia Doctoris Michaëlis de Eire Ximenes; unde affirmativa, quæ habebatur in Breviario Pij V. de prædicatione ejusdem Apostoli in Hispania, & per recognitionem Clementis VIII. reducta fuerat ad traditionem Ecclesiarum illius Provinciae, nunc merito restituta à S. D. N. Urbano VIII. in ampliori forma cognoscitur, dum in lectione quinta ejusdem sic habetur: Post Jesu Christi ascensum in cælum, in Judæa, & Samaria ejus divinitatem predicans, plurimos ad Christianam Fidem perduxit. Mox in Hispaniam profectus, ibi aliquos ad Christum convertit, ex quorum numero septem postea Episcopi à B. Petro ordinati in Hispaniam primi directi sunt, &c.

Anno post nativitatem Christi 36. & ultimo imperij Tiberij Cæsaris, ex Vasseo anno 37. vel anno 38. in primo Caij Caligulæ ex Ambrosio de Morales, tribus, aut quatuor annis post Christi passionem, quæ anno 34. ætatis suæ accidit, completis 33. annis, & tribus mensibus, & aliquibus diebus anni 34. ut computnat diligenter Cardinalis Cæsar Baron. tom. 1. annalium Ecclesiæ, anno 34. & Ambrosius de Morales lib. 9. cap. 4. P. Azor. moral. part. 2. lib. 1. cap. 7. vers. dua suspersunt, Campan. divers. Juris Canon. in rub. 7. cap. 6. num. 160. antequam cæteri Apostoli dividerentur anno 36. † Beatus Jacobus Apostolus in Hispaniam venit, ibidemque Fidem Catholicam prædicavit. Et licet eo tempore nondum Apostoli distributi fuissent, ut gentibus prædicarent, quia cap. 15. Actuum Apostolorum divisi, & sortiti provincias sunt, tamen aliqui Apostoli privatim ex Hierosolymitana civitate ad prædicandum Gentibus exierunt, ut Paulus, & Barnabas Antiochiam profecti sunt cap. 11. Actuum Apostolorum, & alibi; animo tamen statim revertendi, & reddendi rationem prædicationis apud Petrum, & Apostolos Hierosolymis, non dicuntur hoc modo exeuntes discessisse,

cessisse, nec divisos ab aliis extitisse; tunc enim discessisse, & divisos esse potest dici, cum omnino separarentur, fortitque essent provincias animo ibidem manendi, ut in Asia B. Joannes Evangelista commoratus est.

Qua autem civitate, vel oppido Hispaniæ sit primum exceptus S. Jacobus, & per quæ loca prius ambulaverit, non satis liquet, sed pro certo dici potest ad Iriensem portum in Gallecia appulisse, ibique Episcopum primum constituisse B. Petrum, & ad Bracharam illum misisse ab illo portu distantem circiter quadraginta miliaribus, tanquam ad civitatem illius provinciae celeberrimam, Augustam, juridico conventu ornatam, in qua Ethnici suos habebant Flamines, quo loco D. Petrus Apost. Primates, & Patriarchas constituere solitus erat, ut supra ostensum est. Et ideo Divus Jacobus post ejus passionem, ac sacrum martyrium, cum Hierosolymis ab Herode Agrippa gladio occisus fuisset, *cap. 12. Act. Apostolorum*, anno à Christi nativitate 44. ex Nicephoro *lib. 2. cap. 11. & 12. Morales lib. 9. cap. 7. Cardin. Cæsar Baron. annalium Ecclesiæ tom. 1. ann. Christi 44. & in Martyrologio die 25. Junij*, non sine magno miraculo navigio delatus voluit ad dictum Iriensem Portum appellere, & patronum mortuum illic sic vivum se ostendere, ut qui dum vixit primus fuit ad ejusdem portus incolas convertendos, mortuus eos protegat, & ab omnibus calamitatibus securos, ac firmos in Fide, quam docuit, reddat, ut experientia cognitum est. Item etiam non sine magno miraculo eodem anno, quo † Sanctus Jacobus Hierosolymis martyrij palmam consequutus fuit, eodem etiam ejus discipulus Beatus Petrus, quem primum Bracharæ Episcopum reliquerat, passus est, ut testatur Doctissimus Jacobus Valdesius *de dignitate Regum, regnorumque Hispania, cap. 6. n. 22.* his verbis: *Item & Petrus martyr primus Bracharenfis Episcopus in Lusitania discipulus Jacobi, colitur in ea Ecclesia, qui † anno 44. in Hispania coronam martyrij accepit, & die 26. Aprilis ex Baronio eodem die in Martyrologio, Beda, & aliis, celebraturque, quod in honorem B. Petri Apostoli vivi condidit templum, ut in manuscripta historia Compostella Hieronymi Romani, cap. 4. asseritur.* Hæc Valdesius. Et ex Dextro refert Illustriss. D. Acuña *in historia Episcop. Portugalen. p. 1. cap. 2. pag. 28.* quod sanctus Petrus Ratenfis primus Episcopus Bracharenfis occisus fuit anno 45. ad Ratem oppidum.

Deinde etiam dies martyrij B. Petri fuit 26. Aprilis, ut constat ex Card. Baron. quem citat Valdesius *ubi proxime*, triginta & duobus diebus tantum post passionem B. Jacobi, cujus dies martyrij vigesima quinta Martij solemnitas fuit, qua & Christus carnem humanam accepit, & passus est: & quia celebritate festi Domini non potest dies Apostoli, qua decet festivitate celebrari, transfertur festum in diem 25. Julij, qua Ecclesia exultat memoria hujus inlytri Apostoli, quia eo die inventum fuit ejus corpus; sicut † dies vinculorum S. Petri non celebratur eo die, quo accidit, propter solemnitatem Paschatis, in quo evenit, *cap. 12. Act. Apostolorum*, sed die prima Augusti, qua catenæ Romæ sunt adductæ.

O felicem Bracharam, quæ primam sancti Evangelij prædicationem, ac primum Episcopum divinitus tibi datum, primamque Ecclesiam ex B. Jacobi jussu obtinere meruisti, quæ omnia evenere antequam in alia Hispaniæ, ac totius Europæ parte Episcopus extiterit, aut Ecclesia construeretur. Nam † Jacobus peragrata prædicta Galleciæ parte, relictoque Petro Bracharenfi Episcopo, constituens Hierosolymam proficisci, rationem redditurus, & paratus accipere provinciam in divisione generali, quæ sibi credita esset, Aragoniæ regnum petivit; cumque in littore ingentis, & celebris Iberi fluminis Cæsaraugustæ cum lociis sederet, nocte quadam sollicitus, & quodammodo sibi

succensens, eo quod ex Hispanis exiguas oves ad ovile Christi, & Hierosolymam reportaret, ad levandam mœsticiam ejus Beatissima Virgo Maria adhuc in carne vivens, ei apparuit innumeris Angelis circumdata in quadam columna existens, præcepitque consobriño Jacobo eo loco in memoriam, & honorem ejus templum ei dicatum construere, quod his verbis narrat Jacob. Valdes. *d. cap. 26. n. 21. Guibert. in chronica Reg. Arag. prol. 3. Raph. Volater. lib. 11. Geograph. fol. 110. Ambros. Moral. in chron. Hisp. lib. 9. cap. 7. Mariana de rebus Hisp. lib. 4. cap. 6. Canis. lib. 5. de Virgine Deip. c. 23. Stephan. Durant. de ritib. Eccles. lib. 1. cap. 2. n. 4. Dom. Fernand. de Mendoza de confirm. Concil. Illiberst. lib. 2. cap. 45. Madera de excell. Hisp. cap. 6. fol. 4. plures refert Solorzan. de jure Indiar. tom. 1. lib. 1. cap. 14. num. 53.* Ex quibus colligitur, † Divum Jacobum quando ad Cæsaraugustam pervenit, aliquas Hispaniæ partes peragrassæ, & ad Christi Fidem aliquos convertisse, nec in illam primum abiisse, ut aliqui volunt, nec ibi primam Ecclesiam construxisse, ut alij tenent, cum jam in Galleciæ provincia ad Iriensem portum B. Petrum Episcopum instituisset, ad Bracharamque misisset, ubi statim & prædicatione Evangelica, ac innumeris Christi miraculis plures ad Fidem convertit, Ecclesiamque primam construxit. Si ergo Cæsaraugusta civitas gloriatur se primam Ecclesiam in honorem Beatissimæ Virginis adhuc vivæ in Hispania constructam habere, gloriatur etiam nostra Brachara se primam Hispaniæ, & totius Europæ habuisse Ecclesiam in ipsiusmet Christi Domini & Beati Petri Apostoli adhuc vivi honorem constructam, primamque Evangelij prædicationem audivisse, ut ex historia Compostellana Hieronymi Romani tradit Jacob. Valdes. *d. cap. 6. num. 22.* Prima ergo Ecclesia Divæ Mariæ dicata fuit in civitate Cæsaraugustana, & ita intelligenda sunt, quæ de ejus mirabili erectione tradunt Garfia Loaisa *in margine decreti Gundemari, fol. 292. in Concilio Hispania. Marinæus Siculus de laudibus Hispania, lib. 5. tit. de sacris adibus. P. Mariana de rebus Hispania, lib. 4. cap. 2.*

Ex historia Compostellana citata à Jacobo Valdesio constat Divum Petrum primum Bracharensem Episcopum martyrij palmam consequutum fuisse anno à nativitate Domini 44. quod & verum judico, licet de hoc aliqua sit inter Historiographos variatio: nam aliqui tenent martyrium subiisse anno 45. prout ex Dextro, quem citat, affirmant Hernando Oxea *in la historia de Santiago, cap. 55. num. 1. & Ambrosius de Morales lib. 9. cap. 8.* quem etiam sequutus est Sanctus Basilius secundus ejusdem Ecclesiæ Episcopus, † qui passus est anno 58. teste Reverendiss. Domino Episcopo Fr. Prudentio de Sandoual *in d. libro*, quem scripsit *de antiquitatibus Ecclesiæ Tudenfis, pag. 16.* Deinde tertio loco successit † sanctus Ovidius Romanus, qui mortuus est anno sexagesimo quinto à nativitate Domini.

A quo fuerit Divus Eugenius primus Toletanæ Ecclesiæ Episcopus constitutus, non invenitur; scimus tantum à Clemente Summo Pontifice post Petrum IV. anno à nativitate Domini 94. vel 95. cum Dionysio Areopagita in Galliam missum fuisse ad Evangelium prædicandum, † antequam Episcopus crearetur, ut testatur Illescas *in chronica Pontificali, lib. 1. cap. 6. de fine*, Doctor Franciscus de Pisa *in la historia de Toledo, p. 1. lib. 2. cap. 9.* Nec in hoc Hispani concordant, cum inter se in varias sint divisi opiniones. Nam † Jacobus Valdesius *d. cap. 6. num. 46. & 47.* ita refert. *In secundo tempore persecutionis Ecclesiæ Domitiano Imperatore (qui imperavit ab anno 93. usque ad annum 99.) post primam Neronis crudelitatem Eugenius Antistes Toletanus primus insignis fuit secundum quosdam discipulus Dionysij Areopagita, ab aliis vero socius, cum ambo Paulum ex Gracia fuerint sequuti, & Petrus*

- Dionysium in Galliam, Eugenium in Hispaniam misit, viros doctrina & sapientia excellentes. Eugenius autem cum plures ad fidem reduxisset, elegit Sedem Toleti in medio Regni, ut ex corde ejus spiritus Christi diffunderetur per universum corpus regni, martyrio postea clarus extitit, ut referunt Vsuardus, Adonis, Cardin. Baronius, & omnes Scriptores in Martyrologio, die 9. Novembris, & nostri, idque anno 68. accidisse Garzia Loaisa Toletanus Archiepiscopus meritissimus asserit in Concilio Hispania, in chronologia Toletanorum Praesulum, ejusque divini Eugenij corpus è Gallis in Hispaniam ad Toletanam Sedem religiosissimo cultu, & triumpho augustissimo delatum est, anno 1565. religiosissimique Regis Philippi II. humeris ad Ecclesiam ingressum fecit. Haecenus Valdesius, non sibi constans in annorum computatione; si enim Divus Eugenius insignis fuit tempore Domitiani Imperatoris, qui coepit imperare ab anno 83. quomodo martyrio clarus extitit anno 68. haec incerta sunt, † martyrio tamen coronari anno 97. post Christum natum probabilius duco cum Doctore Francisco de Pifa in la historia de Toledo, p. 1. lib. 5. cap. 36. in princ. n. 1. & lib. 2. cap. 8. per totum, quo tempore jam Ecclesia Bracharensis tres Episcopos martyrio coronatos, nimirum Petrum, Basileum, & Ovidium caelo reddiderat, à quo divinitus acceptos in prima Fidei Catholicæ plantatione credendum est.
- 46 Probatis jam, & patentibus antiquissimæ Bracharensis Sedis fundamentis, aliqui qui Primatiae jus tetigere, ut videre est apud Ambrosium de Morales p. 2. lib. 11. cap. 73. coacti fatentur tempore tantum Suevorum Regum Primatiam apud Bracharensem Archiepiscopum constituisse: hoc est somniantis dictum,
- 47 † Primatiae enim jus, quod Bracharensi Ecclesiae inest, novum non fuit, & à Suevis institutum; nam à tempore Divi Jacobi Apostoli, & Petri primi Bracharensis Antistitis ibi Primatia radices egerat, quas Gothorum imperium per extinctionem Suevorum evelere non poterat, secumque traducere Toletum: † non enim saecularis potestas ad Ecclesiae jura potest manum adhibere, quia distinctae sunt jurisdictiones, cap. solita, de majorit. & obed. secundum veram opinionem.
- 48 Sic etiam hujusmodi jus & primatiale sedem extinguere non potuerunt Maurorum invasiones per totam illam Interamensem regionem, qui prope annum Domini 710. illam occuparunt, & Felicem Bracharæ Archiepiscopum cum viginti & septem viris dictae Civitatis martyrio tradiderunt; & licet à dicto anno 710. usque ad annum 888. in potestate Sarracenorum esset, à Rege Alphonso Magno instaurata dicto anno 888. ut refert P. Mariana d. p. 1. lib. 7. cap. 19.
- 49 † tamen mediis illis temporibus non penitus Pastoribus caruit hæc sancta Ecclesia aliis in locis residentibus, prout de aliquibus mentio reperitur apud nostros Historiographos, & † de Argemiro Archiepiscopo Bracharensi anno 863. faciunt mentionem Ambrosius de Morales in Chronicis Hispania, lib. 9. cap. 7. fol. 239. Garibai in compendio historiali, lib. 9. cap. 22. pag. 443. in anno 877. Et † de Hero Archiepiscopo Bracharensi, Era 880. mentio fit apud D. Prudentium de Sandoval in libro, quem scripsit, de antiquitatibus Tudensis Ecclesiae, fol. 61. & † licet aliquibus annis temporum injuria Pastore careret, in pristinum postea decus ante omnes restituta, ut colligitur ex dictis per Marianam d. p. 1. lib. 9. cap. 16. jacentem ac penè dormientem statum reassumpsit, quasi postliminio reversa ad Primatiale dignitatem, nec ulla praescriptio cucurrit, donec impedita, & captivitate apud hostes detenta fuit, cap. 1. de praescript. cap. porro 16. quest. 1. Valdes. de dignitate Regum, regnorumque Hispania, cap. 3. num. 11. & 12. fuerat enim titulo hoc insignita, cum in ea Christianæ religionis prima jacta fuerunt fundamenta, edito tam insigni miraculo in institutione primi sui Episcopi, ut supra

ostensum est, servato more, quem idolorum cultores relictis idolis, Christo Optimo Max. nomen dantes in insignibus urbibus loco Flaminum, & judicariae potestatis, Primates ab Apostolis institutos in praedicationem Evangelij missos excipiebant.

Primum Bracharense Concilium ante omne aliud in Hispania fuit celebratum. Diligentiam enim Doctoris Bernardi de Britto in Monarchia Lusitana, p. 2. lib. 6. cap. 2. repertum est in cœnobio Alcobacensi Ordinis Divi Bernardi primum Bracharense Concilium celebratum an. Domini 412. in fano sanctæ Mariæ Bracharen. à Pancratio Episcopo primæ Sedis, ubi propter Alanorum & Suevorum in Galleciam & Lusitaniam irruptionem, congregatio facta est Episcoporum super reliquiis Sanctorum in loco tuto reponendis, & occultandis ab illis barbaris; erat enim tunc gens indomita, & fera. Et Pancratius Bracharen. Archiepiscopus dixit; Nunt si placet vobis omnibus, statuatur quid agendum sit de reliquiis Sanctorum, precipue de Patre nostro, & Apostolo hujus Regionis Petro Ratisfensi, quem ad salvandas animas Jacobus Domini consanguineus dimisit, &c. Ex quibus apparet Divum Petrum primum Bracharæ Episcopum Apostolum illius regionis vocari, quod & in aliis etiam provinciis familiare, & à Divo Jacobo illic relictum, ut opus faceret Evangelistæ, & Primas seminaret doctrinam Christianam: constat etiam ex verbis sequentibus Pancratium Primatem esse, & ad eum uti talem confugisse Conimbricensem, Egitanensem, Portugalensem, Emeritensem, Lamecensem, Iriensem, & Numantinum Episcopos; celebratum etiam fuit aliud, de quo Valdes. de dignitate Regum, regnorumque Hispania, cap. 9. num. 51. his verbis agit. Item & Baronius summo cum judicio observat. tom. 6. anno 447. aliud fuisse Concilium, quod provinciis Carthaginensi, Lusitana & Bætica jubet congregari Leo Pontifex, quod fuit Bracharense. Posteaque † in urbe Lucensi anno 569. celebratum fuit aliud, cui praesuit Lucretius Bracharen. Archiepiscopus, de quo meminit Cardin. Casar Baronius tom. 7. annalium Ecclesiae, an. Christi 563. in primo Concilio Bracharen. pag. 486. Licet autem in tom. 1. Conciliorum, pro primo concilio Bracharen. habitum fuit aliud celebratum anno 566. regnante Theodomiro Rege Suevorum, pro secundo Concilio Bracharen. numerari debet, ex resolutis accuratius per Doct. Bernardum de Britto d. p. 2. lib. 6. cap. 13. & 14.

Illud verò Concilium, quod pro primo Toletano habetur d. tom. 2. Conciliorum, contra Priscillianistas congregatum circa annum Domini 450. (ubi congregati sunt plures ex Episcopis Lusitaniae, & Galleciae apud Aquas calidas, quas Reverendiss. Episcopus Fr. Prudentius de Sandoval in suo libro de antiquitatibus Tudensis Ecclesiae, fol. 17. verso, asserit esse in Tudensi diœcesi, vocarique nunc, Vanhos, aut fontes caldas, prope Archiepiscopatum Bracharen. quindecim miliaribus) nationale fuit jussu Leonis Papæ congregatum, & confirmatum; & Baleoni Archiepiscopo Bracharen. tanquam Primati transmissum, de quo Doct. Bernardus de Britto dict. p. 2. lib. 6. cap. 8. Ideoque illud nationale, non verò provinciale vocat Doctor Franciscus de Pifa in la historia de Toledo, lib. 2. cap. 14. post princip. pag. 89.

Olim enim Regum, summorumque saecularium, ac Magistratum causæ in Conciliis ex Regis consultatione solebant tractari, ut patet ex annotationibus Garziae Loaisæ Toletanæ Ecclesiae Antistitis, ex quibus, & Roderici Toletani lib. 2. cap. 19. historia colligitur, quod cum Cinthilæ, qui primus ex omnibus Regibus Gothis, pulsus Romanis totum Hispaniæ regimen obtinuit, successerit Sisenandus, ut imperium suum confirmaret, nationale illud Concilium ex Episcopis Hispaniæ, & Galliae Gothicæ convocavit, ubi de

privatione Suintilani Regis cum uxore, & Genalosa
fratre ejus actum est, ut *can. 75. ejusdem Concilij extat.*

Deinde in provincialibus, & nationalibus Conciliis
Gothorum Reges antiquiori sæculo præsentibus extite-
runt, prout anno Domini 589. Recaredum Regem
Gothorum in tertio Concilio Toletano adstitisse ex
actis Concilij omnium editionum notissimum est, &
apud omnes Historiographos, præcipue Vasseum *an-*
no 589. P. Marianam lib. 5. cap. 15. Morales lib. 12.
cap. 3. ubi refert Pantacardum Bracharensem Episco-
60 pum in eo interfuisse. Antiquitati igitur Bracharen-
sis Ecclesiæ non obstant hæc, ac reliqua † Concilia
Toleti celebrata tempore Gothorum Regum ibi Se-
dem Regiam constituentium; non enim ad alicujus
Episcopi convocationem, sed ad Regis supplicatio-
nem excitati sæpissimè in hujusmodi Conciliis assi-
stebant, teste Jacobo Valdesio de dignitate Regum reg-
61 norumque Hispania, cap. 1. num. 13. & num. 22. exem-
plo Constantini Imper. qui Nicæno adstitit. Nam
Principes sæculares ratione sui muneris, & officij
possunt pro negotiis Reip. communibus rogare Episc-
62 copos, eosque vocare, ut ad se veniant, non tanquam
Episcopi, sed tanquam proceres, quia opus illis he-
bent, ita Pelant. de immunit. Ecclesiast. quest. 21. ideoque
plerumque Toletanus tertio, vel quarto loco se sub-
scribebat, prout fecit Milantius Episcopus Toleta-
nus, qui in Concilio Eliberitano septimo loco firma-
vit, prout refert P. Marian. dict. part. 1. lib. 9. c. 19. &
si tanquam Primas astitisset, primo loco constituendus
erat, quia in subscriptione, & prima voce dignitas
major agnoscitur, l. 1. ff. de albo scrib. Afflict. decis. 1.
Belluga in speculo Principum, rubr. 6. num. 24. Valdes.
de dignitate Regum, regnorumque Hispania, in proæmio,
num. 25. Quod apertè ostenditur ex Concilio celebra-
to tempore Regis Gundemari, ubi Emeritensis, &
Hispalensis Metropolitanæ in subscriptione apposue-
runt, Ego N. dum in urbem Toletanam pro occursum Regis
venissem, subscripsi. In quo occurrere voluerunt futuris
controversiis, si sequentibus sæculis velit aliquis ex
hoc capite Primatis sibi jura usurpare.

Verum in prædictis provincialibus, aut nationali-
bus Conciliis ex superioritate loci nullum potest su-
mi argumentum majoris dignitatis. Nam licet fre-
quentius † dextera nobilior sit, argum. text. in c. solita,
de majorit. & obedient. cum resolutis per Castald. de
Imperatore, q. 88. n. 9. Tiraq. de jure primogen. in præfat.
n. 13. & 14. Azevedo ad Curiam Pisanam, lib. 2. c. 2. n. 9.
Fulv. Pacian. de probation. lib. 2. c. 25. n. 90. Joan. Gar-
ciam de nobilitate, gloss. 68. n. 84. & colligitur ex c. 25.
Matthæi, ubi electi ad dexteram Dei in judicio col-
locabuntur, & ex c. 26. Amodo videbitis filium homi-
nis sedentem à dextris virtutis Dei. Tamen † ad dexte-
ram, vel sinistram sedere non semper majorem digni-
tatem arguit, ut advertit eleganter Cardin. Cæsar
Baronius *annalium Ecclesiæ tom. 3. anno Christi 325.*
fol. 273. & tom. 6. anno 451. fol. 141. & tom. 2. anno 213.
fol. 301. & ex Nicæna, & Chalcedonensi Synodo, act. 1.
notat ibi Legatos Pontificis ad sinistram sedere, stante
in media aula Conciliorum Evangeliorum codice,
Christum figurante, ut præesset Conciliis, sic conci-
liari plura posse loca Conciliorum de dextera, & si-
nistra asserens, & ideo in sacrificio Missæ id passim
inspici potest, cum Epistola ad dexteram, & Evange-
63 lium dignius ad sinistram, & lævam canantur. Et in
Bullis, in quibus adest sigillum plumbeum Pontificis
ponitur Paulus à dextris, & Petrus à sinistris, & ta-
men nemo dicit D. Paulum D. Petro majorem fuisse:
rationem exquirat Cardin. Bellarm. lib. 1. de Romano
Pontif. cap. 27. & post multa. concludit posse dici non
fuisse hoc perpetuum, ut in antiquis imaginibus Pau-
lus dexteram partem occupet, liquidem in iis, quæ
Romæ nunc extant, ut in quibusdam Paulus cernitur
ad dexteram, & in aliis non paucioribus cernitur ad

sinistram, & sicut in diplomatibus Paulus obtinet
dexteram, ita in numismatibus obtinet sinistram. Et
fortasse consultò id veteres observarunt, ut ex duobus
summis Apostolis, modo unum, modo alterum ante-
ponerent, nimirum ut eo modo significarent hos
Apostolos vel pares esse inter se, vel certè ignorari
uter alteri præstet; nam etsi Petrus major est potesta-
te, Paulus major est sapientia.

Item in ludo schaccorum uxor Regis nigri stat ad
dexteram viri: videndus tamen est Alvar. Pelag. *de*
planctu Ecclesiæ, lib. 1. cap. 69. in fine, Chassan. in catal.
gloria mundi, part. 3. confid. 31. & sequenti, ex quibus
colliges, apud antiquos alium fuisse sedendi locum,
quàm qui est his nostris temporibus, & hodie secun-
dum communem civitatis, & regionis reputationem
esse regulandum probabilius duco, cum in pluribus
partibus ubi duo incedunt, locus dextræ sit nobilior,
in aliis verò sinistræ: & ubi tres incedunt, in quibus-
dâ locus medij, in aliis verò, qui parieti est proximus.

Pro cognoscendo subscriptionum ordine adverten-
dum est, quod aliquando Episcopi non suo subscri-
bunt nomine, nec suffragium ferunt, nec sedem occu-
pant; sed nomine provinciæ, quam sustinent: & eo
casu non personæ ejus, nec antiquitatis habetur ratio;
sed nationis, & provinciæ attenditur dignitas, & no-
bilitas, ut colligitur ex c. Concilia, §. hinc inde, 17. distinct.
& ex cap. bene quidem, 96. distinct. ubi Mediolanensis
priusquam Ravennas Præsul subscripsit, quia licet
antiquior consecratione Ravennas extitisset, si perso-
na, & dignitas Episcopi attenderetur, prius subscri-
bere debuerat: tamen ibi ratio habetur provinciæ, &
cum dignior sit Mediolanensis, ejus nomine, prius Me-
diolanensis Præsul scripsit: & hic usus in Legatis Im-
perij, & Regnorum viget, ut sedes eis non ex nobi-
litate personæ, sed pro dignitate Regni, & mittentis
tribuat, ex resolutis per Jacobat. *de Conciliis lib. 1.*
ante fin. versic. sed quero circa præmissa.

Frequentius tamen Episcopi subscribunt & sedent,
ut non gradus provinciæ, nec diocesis consideretur,
sed antiquitas consecrationis, ita ut antiquior conse-
cratione, licet diocesi recentior, prius subscribat, &
sedeat, & jure ita decretum est à Gregorio I. *in cap.*
fin. 17. distinct. & satis colligitur ex resolutis à gloss. in
data Sexti, verb. Pontificatus, & in proæm. Clement.
verb. Pontificatus, & in Clement. 2. de celebrat. Missa-
rum, verb. Pontificum, & in Clement. 1. de panis, verba
quævis Pontificem, Jacobat. de Conciliis lib. 2. art. 12.
Selva de benefic. part. 1. quest. 2. num. 31. Cardin. Cæsar.
Baron. tom. 6. anno 451. & anno 465. optimè Marc. An-
ton. Genuens. in practicab. Eccles. q. 610. Gam. Lusit.
decis. 1. num. 50. Steph. Gratian. disceptat. forens. tom. 2.
cap. 298. num. 63. Illustriss. D. Acuña ad cap. 7. num. 1.
dist. 18. Novissimè Mich. Ferrus de præcedent. & præ-
lat. Eccles. quest. 27. num. 6. Et ita † in Mediolanensi
66 Concilio, & Tridentino, & ferè omnibus servatum
est: unde cum Sedes, & subscriptio antiquitati conse-
crationis, & personæ debeat, non sumi poterit ar-
gumentum ad probandam majorem dignitatem, ac
superioritatem, præcipue in prædictis Conciliis Toleti
ad Regum supplicationes congregatis, quibus Toleta-
nus Episcopus sæpe infimo loco se subscribebat.

Nec ad rem facit, quod aliquando acciderit Bra-
charensem Archiep. fuisse translatum ad Hispalensem
Ecclesiæ, quia per hoc non fuit derogatum juri Bra-
charen. Ecclesiæ, potuit enim Bracharen. id accep-
tare, quia redditus Hispalenses uberioribus erant, vel Cu-
riæ Regis proximior esse vellet, ut tempore Excellen-
tissimi Principis Henrici Infantis evenit, cum à Bra-
charen. ad Emborensem Ecclesiæ fuit translatus.

Minus etiam obstant privilegia, si quæ sunt, Prima-
tiæ jus alicui Prælato concedentia, quæ si attentè le-
gantur, ex eorum tenore rectè colligi potest, Summos
Pontifices noluisse aliis Ecclesiis præjudicium inferre,
sed

sed tantum quod ex antiquo jure illis comperebat, confirmare; de simili privilegio ab Urbano II. circa an. 1088. concessio Toletanae Ecclesiae, & ab aliis Summis Pont. confirmato mentionem faciunt Mariana d. part. 1. lib. 9. cap. 19. Azor. institut. moral. p. 2. lib. 3. cap. 36. ejus tenorem refert Francisc. de Pifa en la historia de Toledo, lib. 3. cap. 23. ex quo & aliis epistolis ac confirmationibus constat primò Summos Pontifices à Rege, & à Prælatiis suggestos fuisse, existimantes ab exordio nascentis Ecclesiae, & subsequentibus temporibus, usquequò Toletana civitas à Mauris fuisset occupata, Primatiæ jus in illa radices egisse. Secundo constat Urbanum II. in dicto privilegio noluisse juri tertij præjudicium inferre.

Ad primum, quod existimarent Summi Pontifices Ecclesiam Toletanam, antequam ejus civitas à Mauris fuisset occupata, Primatiæ jus habuisse, in primis constat ex dicto privilegio Urbani, in illis verbis ibi, *teque secundum quod ejusdem urbis antiquitus constat extitisse Pontifices, in totis Hispaniarum Regnis Primatem privilegij nostri sanctione statuimus.* Et in epistola missa ad Alphonsum Regem ita habetur: *Quia civitas Toletana à te fuit à Maurorum saucibus liberata, & tuis precibus Bernardum in Prælatum recepi dato pallio, & concessio privilegio antiquo majestatis, quam Toletana civitas habuit.* In quo statutum fuit, ut Primatiæ jure in omnibus Hispaniæ regnis uteretur, & omnia quæ antiquitus habuisse noscitur, ea etiam ex liberalitate Sedis Apostolicæ, ut nunc etiam liberè decernit, ita habeat in futurum. Ita P. Mariana dicta p. 1. lib. 10. c. 6. Idem etiam constat ex privilegio ab Alexandro Tertio anno 1170. concessio Toletanae Ecclesiae ad instantiam D. Didaci Gelmirez Archiepiscopi Toletani, in illis verbis: *Quod sicut Ecclesia tua tempore antiquo Primatum in tota Hispania provincia, ita etiam pro dicta Ecclesia, quam Dei ordinatione administras, eandem potestatem exerceas in perpetuum in omnes tibi concedimus,* ut refert Mariana dicto lib. 9. cap. 19. Quod quidem cum ab omni veritate alienum esse ex hucusque dictis clarè appareat, necesse est ut dicamus ex precibus non veris, vel narratione facta contra veritatem, † gratiam, seu prædictum privilegium ipso jure fuisse nullum, ex resolutis per Azeved. lib. 2. tit. 14. lib. 4. nova recopilat. Brunor. à Sole verb. subreptio, Menoch. conf. 1. num. 399. & consil. 201. à num. 16. Joannem Garciam de nobilit. gloss. 1. §. 1. num. 72. Sanch. de matrimon. lib. 8. disp. 21. n. 64. in unoquoque enim rescripto, & mandato, gratia, vel privilegio intelligitur clausula illa, *si preces veritate nitantur,* ex tacitaque conditione inest, ad quod multos citavi Doctores in tract. de claus. usu-freq. claus. 166. num. 2.

Ad secundum, quod scilicet Urbanus Secundus declaravit se noluisse juri tertij præjudicium inferre, constat ex ipsomet privilegio ab eo concessio, in illis verbis ibi, *salva tamen Romana Ecclesie auctoritate, & Metropolitanorum privilegiis singulorum.* Ex eo, quia privilegium, ac concessio à Summo Pontifice facta intelligitur sine præjudicio tertij, ut probant text. in cap. ex tuarum, de auctorit. & usu pallij, ibi, *dummodo is, ad quem Ecclesia pertinet, hoc permittat, cap. super eo, de officio delegat. ibi, non tamen est nostræ intentionis diocesis Episcopo, vel Archipresbytero, vel Archidiacono præjudicium generare, c. pastoralis, in fine, de privileg. ibi, quia per indulgentiam hujusmodi Episcopali juri non credimus derogari, c. in his, eodem titulo, ibi, dum tamen ab aliis, quæ jure parochiali proveniunt, prorsus abstineant, c. quia intentionis nostræ, 29. eodem titulo, ubi integra habet hæc verba. *Non extitit, ut per innovationem, quam fecimus, cujusdam scripti monasterii SS. Caldonen. quod in registro bonæ memoriae Alexandri Pape Secundi reperimus contineri, derogaretur Ecclesie Baiocen. cum aliis citatis à Mascard. de probat. concl. 1003. n. 22. Gonzal ad regul. 8. Cancel. gloss. 38. Ca-**

bed. Lusitan. decis. 93. n. 2. part. 2. Garf. Gironda in tract. de privilegiorum, seu exemptionum explicat n. 87. & sequenti, Menoch. de præsumpt. lib. 2. q. 9. à n. 5. ubi n. 1. resolvit, quod etiam si ipso privilegio, vel concessio dicere-tur, non obstante jure, & præjudicio tertij, tunc etiam non censeretur præjudicari tertio in his quæ sunt maximi ponderis. Sicut nec censeretur præjudicare, etiam si adesset clausula, *ex certa scientia,* quæ nihil operatur in præjudicium tertij, nec tollit vitium subreptionis, aut supplet erroneam, & falsam informationem, ut resolvunt per me citati claus. 59. à n. 29. Sicut nec censeretur præjudicari, quamvis adesset clausula, *Motu proprio,* quæ eodem modo nihil operatur in præjudicium tertij, nec tollit jus in re, vel ad rem quæsitum alteri, ego ipse claus. 79. n. 42. Sicut nec censeretur, quamvis adesset clausula, *de plenitudine potestatis,* quam in alterius præjudicium nihil operari pro certo tradunt relati per me claus. 41. n. 24. cum seqq.

Nec aliquo modo prædictum prætensum privilegium corroborare possunt confirmationes de eo factæ à Paschali II. & Gelasio II. ac aliis Summis Pont. de quibus Azor. d. cap. 30. vers. extat; quia responderetur, quod cum confirmatio sit juris quæsitæ corroboratio, ut post Host. & alios antiquiores explicat Dec. in rub. de confirmat. utili, à n. 2. & ibi Bero. à n. 3. Card. Tusch. pract. concl. tom. 2. lit. C. concl. 705. Cabed. Lusit. decis. 1. n. 4. p. 2. † novum ideo jus non tribuit, sed quod antea erat, conservat, cap. præceptis, ibi, *non novum aliquid, 22. dist. cap. inter dilectos, vers. caterum, de fide instrum. ibi, confirmari tanquam prius habita, cap. quia diversitate, in princip. ibi, non obstante confirmatione, de concess. præb. † qui enim confirmat, nihil addit de novo, Menoch. conf. 1. num. 6. & conf. 191. num. 46. & conf. 351. num. 19. Guttier. pract. lib. 3. quest. 17. num. 40. & quest. 22. num. 6. Cabed. d. decis. 1. n. ult. p. 2. Joseph. Sesse Aragonia decis. 15. num. ult. Et nullam quod est, confirmari non potest. Molina de primogen. lib. 2. cap. 7. num. 7. Menoch. consil. 351. num. 19. Surd. de aliment. tit. 8. privileg. 22. num. 34. & decis. 53. n. 11. & decis. 289. num. 8. Cald. Pereira de potestate nomin. in responso pro Duce Pastrana, vers. quæ sententia.*

Si tamen aliquis occurrat dicendo prædictas Summorum Pontificum confirmationes, tanquam ex certa scientia confirmare actum nullum, eique novum robur tribuere, & validitatem, juxta text. in cap. 1. in fine, de transact. quod in hac confirmatione procedere notavit gloss. in cap. quia intentionis, 29. de privileg. & sequuntur ibi omnes, & latè Dec. in cap. 2. de confirmat. utili, à num. 46. & post alios Suar. de legib. lib. 8. cap. 18. à num. 12. Respondebitur † confirmationem ex certa scientia, & cum causæ cognitione illam dici, in qua insertus est tenor rei confirmatæ, & est expedita præcedente solita discussione, juxta text. in c. penult. de confirmat. utili, & quæ resolvunt Nicol. Garc. de benefic. p. 3. cap. 2. n. 226. cum sequentibus, Cardinal. Tusch. tom. 2. littera C. conclus. 341. Aloys. Ricc. in collect. decision. p. 5. collect. 1592. Gutier. conf. 11. n. 7. & 8. Cabed. Lusit. decis. 2. num. 3. p. 2. & idè operatur præsumptionem informationis in Principe, ut tenuit Rota apud Farin. decis. 180. num. 2. tom. 1. p. 2. quia non nisi causa cognita apponi potest, Molina de primogen. lib. 3. cap. 3. num. 12. Menoch. conf. 1. num. 434. quod in hujusmodi confirmationibus non apparet, propter quod ex certa scientia esse concessas non est dicendum, cum non præsumatur, ex Hippol. sing. 37.

Dato sine veri præjudicio, quod illæ confirmationes factæ fuissent ex certa scientia, & cum causæ cognitione, ac expeditæ præcedente solita discussione, adhuc nihil operarentur in tertij præjudicium, prout resolvit Nicol. Garcia d. cap. num. 241. Nec supplerent erroneam, ac falsam informationem, ex Valasc. consult. 130. num. 33. Nec tollerent vitium subreptionis, ut per Molin. de primogen. lib. 2. c. 7. num. 15. Gutier. conf. 11.

conf. 11. n. 13. Ludov. Rodolph. de *suprema, & absoluta principis potestate*, c. 5. n. 13. Nicol. Garc. d. p. 2. n. 233. Joseph de Sella *Aragonia decis.* 15. n. 7. tom. 1.

Quare non obstante prætenso privilegio, post illius concessionem transactis jam centum annis, emanavit constitutio *cap. coram, de in integ. restit.* ex qua deprehenditur à tempore Innocent. III. qui anno Domini 1198. ad culmen supremi Pontificatus ascenderat, litteram inter Bracharensem, & Toletanum Archiepiscopos super Primatiæ jure motam, & contestatam, & ad probationem deductam fuisse, id enim insinuant proœmialia illius text. verba, ibi: *Coram felicis memorie Innocentio Papa prædecessore nostro*, &c. Et ut ex annalibus Hispaniæ deducitur, Rodericus Ecclesiæ Toletanæ Antistes summæ facundiæ, & auctoritatis vir, ab Alphonso Legionensi Rege Romam ad dictum Innocentium missus fuit an. 1212. ut significaret sibi cordi esse magnam expeditionem parare contra Sarracenos Christiani nominis hostes, dignareturque Sanctitas Sua pro Cruce signatis indulgentiam peccatorum concedere, eaque impetrata, & bello feliciter confecto, profligatis Sarracenorum copiis, rediens dictus Rodericus Romam an. 1215. ad Concilium Lateranense celebratum sub prædicto Innocentio, in quo etiam interfuit Joannes Bracharensis Archiepiscopus, de Primatia Hispaniarum quæstio excitata fuit inter dictos Archiepiscopos, & cum unusquisque ad sui juris confirmationem argumenta attulisset, ad sententiam non fuit causa deducta; sed causæ silentium imposuit Honorius III. datis super hoc litteris unicuique directis de anno 1218. ut refert Illustriss. D. Roder. à Cunha in *histor. Archiepisc. Bracharenf. part. 2. cap. 21. n. 6. cum seqq.* plurimum tamen poterat Toletanus apud Pontificem, ei enim concessit, ut per decennium in tota Hispania suum Legatum ageret; & si civitas Hispanensis, quæ tunc temporis penes Sarracenos erat, ad Christianos rediret, subdita maneret Toletanæ Ecclesiæ. Concessit etiam facultatem dispensandi cum bastardis usque ad numerum trecentorum, & quod nominare, & collocare posset Episcopos, & Sacerdotes in civitatibus à faucibus Maurorum ereptis, ut nobis est testis Francisc. de Pifa in *la historia de Toledo, lib. 4. c. 17.* & licet maximam gratiam apud Pontificem fuisset assequutus, non tamen ei tributum fuit jus Primatiæ, nec super hoc sententiam, aut aliquam concessionem contra Bracharensem Ecclesiam assequi potuit.

Defuncto Innocentio, succedenteque Honorio III. an. Domini 1216. rescripsit Archiepiscopo, & Capitulo Bracharen. postulantibus per procuratorem suum concedi sibi restitutionis auxilium, & tempus assignari ad adducendas Romam depositiones testiū, & munimenta ad instructionem causæ parata: quid in futurum actum fuerit, constabit è processu; scimus tamen postea cum Sarracenis tam in Lusitania, quàm in Castella pluries fuisse dimicatum, & Regem Sanctium hujus nominis II. regno pulsum, pro ejus restitutione missos ad Innocent. IV. Summum Pont. Lugduni ob Concilium ad instaurationem belli sacri commorantem, Antistes Bracharensem, & Conimbricensem, & decreto dicti Pontificis curam Regni commissam Alphonso Comiti Bononien. fratri dicti Regis, qui ei in Regno successit, ut deducitur ex text. in *c. grandi, de suppl. neglig. Pralat. lib. 6.* Constat etiam ex dictis annalibus, Alphonsum prædictum relicta Matilda uxore, cum qua Comitatum Bononiensem fuerat assequutus, aliã duxisse; propter quod per annos duodecim Portugaliæ regnum interdicto à dicto Pont. supponitur. His procellis, & aliis bellorum perturbationibus inter Reges Portugaliæ, & Castellæ excitatis, prosequi non potuit jus suum Bracharensis Ecclesiæ, nunquam desistens à nomine Primatis, quod semper retinuit, & hucusque retinet. Sed † cum omnis res ad ultimum statum reduci debeat, *c. consulationibus, de jure patron.*

junctis quæ Cald. Pereira de *potestate eligend. c. 5. n. 1.* & de *renovat. emphyt. q. 15. n. 20.* & sequenti, & finis rerum; veluti ad sagittam scopus, attendi debeat, *l. 1. c. de novo C. faciendo, glos. in c. scientes, de censibus, Franc. Molinus de ritu nuptiarum lib. 1. comp. 4. n. 6.* qui quidem in omni materia inspicitur, *l. illud, c. de collat. Grammat. dec. 67. n. 6.* Parlador. *lib. 2. rerum quotidian. c. 5. n. 10.* & † in beneficialibus præcipue, in quibus maxime consideratur, Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 5. §. 2. n. 12. & §. 5. n. 18.* & *glos. 45. §. 2. n. 14.* Marc. Anton. Genuens. in *praxi Curie Archiep. Neapolitana, c. 100. vers. quod si, in noviss. impress.* Aloyf. Ricc. in *praxi fori Ecclesiast. decis. 153. n. 46. in 1. edit. & resolvit in 2. edit.* Anton. Monach. Bonon. *decis. 36. num. 13. cum seq.* Videndum igitur est, quomodo hac tempestate vigilantissimi Bracharensis Ecclesiæ Antistes in publicis actionibus, ac in præsentia Hispaniarum Regum Primatiæ dignitate, suoque jure liberè usi fuerunt, quod ex infra scriptis exemplis dilucidè apparebit.

Anno post Christi nativitatem 1558. ex Dominica-
na familia ad Archiepiscopatum Bracharensem promotus fuit Vir ille eminenti virtute, ac summæ vitæ integritate præclarus D. Fr. Bartholomæus à Martyribus, spectata fide, singulatiquè prudentia insignis. Qui etiam si maximis proventibus abundaverat, ea exigua semper usus fuit supellectili, eam paupertatem amplexus, ut præter indumenta sui Ordinis monachalia, quibus pro corporis utebatur in dies necessitate, nihil habuerit ultra; non alta pendebant Arabica ornamenta, non cara tapeta, non vestiebantur parietes, non opiparis vescebatur mensis, non equorum, non currum pompa vehebatur; sed sollicitus tantum intendebat populum suum divinis enutrire alimentis, sanctissimis corroborare exemplis, hospitalitatem asfervare, ac pauperibus subvenire, sicque à recta via aberrantes vitæ suæ integritate ad bene & christianè vivendum allexit. Habuit etiam flagrans salvandi animas desiderium, & in cognoscendis suæ Diocesis Ecclesiasticis personis maximam semper curâ adhibuit, & ob id non sine magno labore Archiepiscopatum totum, qui sub se habet 1226. Parochias, personaliter visitabat. Verus hic Ecclesiæ Dei Antistes, non solum Sanctorum morû exemplo, vitæ integritate, & summa charitate erga Christi pauperes in Bracharenfi civitate ut verum sydus in firmamento collocatum floruit, sed etiam Primatiæ suæ jus, Bracharensis Ecclesiæ præminentiam Domini providentiâ in adversantium conspectu ostendit, & ab eis ubi talem venerari permisit, cum in aliis omnibus humilitatem professus fuisset: cum igitur ex Conc. Trident. rediret, sedemque suam peteret, Primatiali Cruce erecta per Toletanam civitatem liberè deambulavit, ut refert Oduardus Nonius de Leon de *rebus notabilibus Lusitania, in ejus vita.* Denique cum grave Episcopalis dignitatis onus sustinere non auderet, Archiepiscopatu renunciatio, reservata sibi tenuissima pensione, acceptoque iterum cubiculo Viennensi in oppido intra Monasterium sui Ordinis à se constructū, vitam feliciter cum morte commutavit, multis clarus miraculis, de quibus ejusque vita librū edidit religiosissimus, & doctissimus P. Fr. Lud. à Soufa.

Post felicissimam illius Præfulis ex hac vita ad celestem beatitudinem transmigrationem, & Illustrissimis DD. Joanne Alphonso Menesio, & Fr. D. Augustino à Jesu, immediatè successoribus, vita functis, ex Goënsi Archiepiscopatu, Orientaliumque Indiarum Primatu, ad Bracharensem Ecclesiam Hispaniarum Primatiam evectus fuit Illustriss. & Reverendiss. DD. Fr. Alexius de Meneses, omnibus ingenij, virtutisque dotibus ornatissimus, qui in Orientalium Indiarum infidelibus ad Christi Domini Fidem convertendis, & improborum moribus corrigendis ita diligens ea vitæ sanctitate semper extitit, ut apud optimos, & bene de Repub. Christiana sentientes, summa in religione fuerit

fuerit habitus, ut multis exemplis rerum ab eo præclare gestarum testatur Reverendissimus Fr. Anton. de Gouvea, Syrenensis Episc. in libro quem scripsit, typisque mandavit sub titulo *Jornada do Arcebispo de Goa*. Verus hic Ecclesiæ Dei Antistes, qui munitissimas arces dum clarissimus in India Orientali Primas, & Prorex extitit, ab hostium potestate eripuit, Gentilium idola confregit, eorum fana evertit, infractis animo barbaris Fidem annunciavit, Persis primus ab Apostolis Evangelij lumen intulit, schismaticos Malabares, qui ab Apostoli Thomæ temporibus ab Ecclesiæ gremio desciverant, innumeris exhaustis laboribus ad matrem revocavit. Postea Regis jussu coactus ex Orientali India ad Ulyssiponensem portum manu Domini gubernante felici cursu pervenit, ubi summa omnium lætitia, communiq; populi exultatione exceptus est. Accepta deinde Bracharensis Ecclesiæ, ad quam translatus fuit, possessione, Matritum ad vocationem Potentissimi Regis nostri Philippi III. petivit, ubi ita invictissimo, ac Catholico Regi charus evasit, ut omnia Regni negotia, magni scilicet ponderis, & momenti, ejus singulari consilio, & prudentia expediri jussit, qui dam divinarum, & humanarum rerum scientia, ac sanctitate se admirabilem omnibus præbisset, ibi eum mors inopina rapuit die 3. Maij 1617. ætatis suæ anno 58. cujus promerita magno animo, sanctaque vita dignissima, & memoria vigeant hominum sempiterna, & omnium gentium, posterorumque sæculorum litteris clarescent, in illa præcipue Catholicorum Regum Curia, ubi diem clausit extremum, & Primatiali dignitate, Cruceque erecta sepultus fuit in Toletano Archiepiscopatu, & in Hispanorum omnium conspectu: quod probatione non eger, cum viva de hoc extet omnium memoria, & rem narrat D. Acuña in *historia Ecclesiastica Archiepiscoporum Brachar.* p. 2. cap. 101. num. 11. pag. 449.

84 Alter nunc datus est eidem Ecclesiæ dignissimus Præsul, Illustrissimus scilicet Dominus D. Alphonsus Hurtado de Mendoza, unus totius Lusitaniæ nobilitatis instar, illustrissimorum Primatum excellentissimus Princeps, & inter excellentissimos Principes illustrissimus Primas, qui ob admirabilem utriusque Juris scientiam, & rerum gerendarum peritiam, aliasque insignes animi sui dotes, intra brevem temporis cursum Conimbricensis Academiæ Rector, inde ad supremum Regii Status Consilium adscitus, mox gravissimi, quod Conscientiæ vocant, Tribunalis Præses; deinde Egitanensis Ecclesiæ Præsul; hinc ad Conimbricensem Episcopatum translatus, postremò Bracharensis Archiepiscopus, Hispaniarumque Primas, Deo hominibusque faventibus anno 1618. creatus est, nimirum, ut quor nostræ Lusitaniæ sunt partes, totidem faceret monumeta virtutis suæ. Hic dignissimus Præsul non minus laudabiliter, quam constanter Ulyssipone anno 1619. coram Rege Catholico Philippo III. ibi tunc commorante, ac in universi ferè Orbis conspectu Primatus sui jus defendit, inviolatumque conservavit, ac adversâtes cum summa gentis nostræ lætitia, & totius Lusitaniæ gratulatione, excommunicationis telo coercuit, illi etiam Apostolici Legati sententia suffragante, cujus oculatus testis ego sum, D. Acuña in *dicta historia Eccles.* p. 2. c. 103. n. 4. pag. 458.

85 Novissimè illustrissimus, & Reverendissimus D. D. Sebastianus de Mattos de Noronha, ipsius Bracharensis Ecclesiæ Archiepiscopus, Bracharæque Dominus, ac Hispaniarum Primas, sui Primatialis juris acerrimus defensor extitit, qui è nobilissimo, ac Regio Notonio genere ortus, præclaroque ingenio ornatus, in Conimbricensi Academia, me tunc studente, & vidente, Doctoratus gradû in Jure Canonico gloriosissimè est adeptus. Deinde postquam Conimbriciæ contra hæreticam pravitatem Inquisitor Apostolicus designatus Durimineam provinciam visitavit, è supre-

mo & generali sancti Officij consilio in Episcopum Eluensem promotus fuit, in quo Episcopatu ita egregiè circa Pastorale officium se gessit, Synodumque Diocesanam celebravit, necnon Primarias constitutiones tanta eruditione in lucem edidit, ut Rex noster PHILIPPUS IV. tanti Præsulis prudentiam & vigiliantiam admiratus, eum omni honorû genere ut dignissimum, ita ornatissimum ad Bracharensis Ecclesiæ nominationem, obtentaque Sedis Apost. gratia, incunctanter Pacensem adivit civitatem (vulgò *Badaioz*) Fidei juramentum præstiturus, eoque emisso in manibus D. Gabrielis Ortiz Sotomaior meritissimi illius civitatis Episcopi, tota applaudente civitate, & pulsatis campanis pro tanti Primatis reverentia, statim coram omnibus Rocheto discooperto, à pectorèque Primatiali Cruce pendente sese exhibuit videndum, & invidendum, & jure suo utens continuata antecessorum possessione ipsum Episcopum, cæterosque adstantes, deinde peragratam civitatem, nemine contradicente patenter benedixit. Postea cû civitatē peteret Bracharensis Primatiali Cruce præeunte per Episcopatus & Archiepiscopatus securus ingrediens, variisq; in civitatibus splendido acceptus apparatus, solemnibus pompa sub pallio, tota comitate nobilitate & Capitulo, fuit ad Cathedralē usque Ecclesiā comitatus, & ipsam Bracharensis civitatem feliciter ingressus, solito justitiæ zelo, & eximia in pauperes liberalitate, ministerio suo, & labori servire incoepit indefessus, & haud senilibus annis ad ea pervenit, ad quæ efflata ætate viri per summam contentionem ascendisse tanquam ad honoris culmen gloriantur. Deinde an. 1637. per Tudensem Episcopatum Primatiali incedens majestate frequentes hominum cõkursus videndi studio turmatim irruentes benedicens, eum Hispaniarum Primatem pleno ore publicè acclamabant. Eique velut Primati suo profundam reverentiam exhibuerunt in oppido Baionæ, per quod pulsatis cãpanis, & bellicis tormentis ab arce exoneratis, pro debita Primatialis Dignitatis reverentia, Cruce præeunte ingressus est, tota nobilitate comitante, & in Monasteriis Oia, & Guardiaë tâquam Primas receptus fuit cum hymno, *Te Deum laudamus*, & ab Altari solemniter populum benedixit, idemque fecit variis in locis eundo, & redeundo. Nunc verò hoc præsentis anno 1638. dum Pastoralis, incredibilique sollicitudine gregi invigilaret, ecce Rex noster pro negotiis magni ponderis, & momenti ad hanc Matritensem Curiam illum advocat: iter statim, Regio mandato obtemperans, Patriarchali Cruce præeunte aggreditur, eaque erecta ac benedictione passim emissa per Abulensem, Salmanticensem, & Segobiensem Episcopatus, necnon per ipsum Toletanum Archiepiscopatum frequenti omnium conspectu sine contradictione ingreditur, & in hac Curia, & coram ipsomet Rege in publica audientia cum eadem Patriarchali Cruce ad pectus pendente, necnon Rocheto discooperto (quæ sunt Primatialis Dignitatis extra propriâ diocesim, & provinciam insignia) omnibus videntibus, & me quoque tanquam oculato teste non semel conspiciente, hoc eodem anno publicè incedit; quod adhuc nemo ex prædecessoribus ita intrepidè, & virili animo fuit assequutus.

Arduam certè, & viribus meis imparem judico quæstionem, præteritis sæculis adeo disceptatam, & præsentibus penitus consulptam, licet sciam calumpniis obnoxiam, & nihil tam probè, aut providè hic dici, quod non ex Seneca vellicare malignitas possit: hic autem non ambitio privata, sed publicus Regni, & patrius honos est disputationis argumetum, quod in sacra pagina commendatur ab Isaia cap. 24. præcipiente, *gloriam meam alteri non dabo*, & c. 4. Baruch. *ne tradideris alteri gloriam tuam, dignitatem genti alienæ; prædo enim sui judicatur, qui honorem à virtute profectum cum jactura sua alteri relinquit*, cap. Sacerdos,

dos, 1. quest. 2. cap. nolo, 12. quest. 1. Chassan. in catalogo glo-
ria mundi, part. 1. confid. 55. cum pro Religione, pro
Rege, pro patria, pro parentibus defensionem sus-
cipere, legitimum, ac naturale jus sit, idque omni
ævo uter alteri præferendus esset decertatum, & con-
troversum extitit apud omnes gentes, l. jus gentium,
Instit. de jure natur. Sicuti de Scythis cum Ægyptiis,
vel cum Phrygibus hujusmodi quæstionem multis &
diù agitatam scribunt Herod. lib. 2. & Trog. Pomp.
lib. item 2. & in dirimendis circa primas sedes excita-
tis controversiis multi excellentes utriusque juris Do-
ctores disputationes, & consilia in lucem ediderunt,
ex quibus quæstionem inter Duces Florentiæ, & Fer-
rariæ recitant Com. Natal. lib. 14. in fine, Port. conf.
167. Decian. conf. 19. lib. 3. Marzar. conf. 26. & inter
Duces Mediolanenses, & Sabaudia aliam recenset
Ægid. Boss. in praxi, tit. 1. de Principe. Et inter Du-
cem Burgundiæ, & Andegavensem refert contentio-
nem super sedem Boët. de auctoritate magni Consilii,
n. 110. & 207. & inter Marchionem de Transio, &
Vicecomitem de Tallardo, Joan. Garcia de nobilit. glos.
35. n. 59. Deus enim Opt. Max. Matth. 24. Luc. &
Marc. 10. ut flagitiosum, & turpe prohibet cum alio-
rum damno primas cathedras, primas in foro saluta-
tiones, primas in rebus publicis sedes more Phariseo-

rum populari gloria exquirere, & cum eis tumescere.
Post primam hujus tract. impressionem pro jure
Bracharenis Primatiæ tractatum integrum edidit Il-
lustriss. Roderic. à Cunha, cui titulus est de Primatu
Ecclesiæ Bracharenis, & eleganter de ea egit Sebast.
Cælar. in relect. de Ecclesiast. hierarchia, part. 1. dispu-
tat. 4. §. 5. per. tot. aliqua tetigere Cald. Pereira de
manu Regia part. 2. cap. 22. num. 5. Anton. de Sousa de
Macedo in libro, quem inscripsit, Flores de Hispania,
cap. 9. excell. 13. Emman. de Faria in epit. histor. Por-
tugal. part. 4. cap. 13. Gasp. Stat. de antiquit. Lustr.
cap. 57. qui omnes post hæc scripta, & impressa pro
Bracharenis Ecclesiæ latè decertarunt; quamvis mi-
nus bene pro Toletano scripserint Garcia à Loaysa in
notis ad decretum Gundemari. Gasp. Carrillo de Villal-
pando in comment. ad Conc. cap. 28. Thomas Tamajo
de Vargas en sus novedades antiguas de España, nove-
dad. 6. Mich. Ferrus in tract. de precedent. Ecclesiast. q. 4.
num. 8. cum seqq. Filesc. de sacra Episcop. auctor. cap. 9.
§. 13. fol. 124. Alzed. de precell. Episc. dignit. p. 1. c. 10.
à num. 44. Joan. Moren. de Patriarch. origine, exerc. 32.
& novissime Illustriss. D. Didacus de Caltejon Castel-
læ Præses in particulari tract. à se hac de re edito, &
Matriti impresso de anno 1643. ubi in princ. plures
alios idem tenentes refert.

87

TITULUS QUARTUS.

De Archiepiscopali præstantia, ejusque auctoritate in Suffraganeos,
& eorum subditos, ac in tota Provincia.

SUMMARIUM.

- 1 Archiepiscopus licet respectu Ordinis in substantia ni-
hil plus habeat quàm Episcopus, respectu tamen exe-
cutionis, & exercitiū majorem habet sollicitudi-
nem.
- 2 Archiepiscopus in subditos Suffraganeorum nullam habet
potestatem, nisi in casibus à jure expressis.
- 3 Electum in Episcopum Archiepiscopus confirmat.
- 4 Electione non celebrata intra tres menses justos, tamen
impedimento cessante, ab iis qui eligere debuerant, eli-
gendi potestate ea vice carebant, & devolvebatur ad
Archiepiscopum superiorem proximum.
- 5 Electio confirmato in Episcopum Archiepiscopus Metropoli-
tanus in consecratione intervenire debebat, vel eam
committere.
- 6 Metropolitanus ad consecrationem debent concurrere omnes
Suffraganei.
- 7 Suffraganei vocati ab Archiepiscopo pro consecratione al-
terius Suffraganei, tenentur.
- 8 Episcopus, qui in Metropolitana civitate non fuit ordi-
natus, intra duos, vel tres menses proprii Metropoli-
tani præsentiam visurus accedere tenetur.
- 9 Archiepiscopus potest injungere suis suffraganeis ut servare
faciant quod servatur in Metropolitana.
- 10 Concilii Provincialis causa celebrandi Archiepiscopus vo-
cat Episcopos Suffraganeos.
- 11 Absentiam Episcopi Suffraganei probat Archiepiscopus in
scriptis.
- 12 Archiepiscopus potest compellere Episcopum ad faciendum
id quod debet.
- 13 Synodum ut faciat quotannis potest Archiepiscopus Epis-
copum compellere.
- 14 Episcopum negligentem in erectione seminarii potest Ar-
chiepiscopus compellere.
- 15 Suspendere, interdicere, & excommunicare potest Ar-
chiepiscopus Episcopum.
- 16 Vicarius generalis Archiepiscopi potest suffraganeum sus-
Aug Barbof. de Episcop. Pars I.

- pendere, interdicere, & excommunicare, non præsentem
Archiepiscopo.
- 17 Vicarium, vel officialem Episcopi suffraganei, subsisten-
te rationabili causa potest Archiepiscopus excommu-
nicare.
- 18 Cause rationabiles excommunicandi Vicarium Episcopi
Suffraganei, qua sint, referuntur.
- 19 Negligentia Episcopi, circa id quod facere debet, devol-
vere facit jurisdictionem ad Archiepiscopum.
- 20 Instituire præsentatum si nolit Episcopus, ipsum instituit
Archiepiscopus proximus superior.
- 21 Episcopo negligente in executione ultimatum voluntatum,
Archiepiscopus exequitur.
- 22 Metropolitanus adiri potest ut Episcopum cogat Judici
seculari auxilium, quod denegavit, exhibere.
- 23 Absolvit Archiepiscopus quem Episcopus non vult ab-
solvere.
- 24 Dispensationem debitam Episcopo denegante, potest Ar-
chiepiscopus dispensare.
- 25 Vicarium constituere potest Archiepiscopus cogere Episco-
pum, quando non est idoneus ad regendum, vel com-
modè regere non potest.
- 26 Negligentiam Episcopi exempti non potest supplere Ar-
chiepiscopus.
- 27 Judex est ordinarius omnium Episcoporum sue provinciæ
Archiepiscopus.
- 28 Archiepiscopus de civilibus tantum causis Suffraganeorum
cognoscere potest.
- 29 Dispensare in votis & juramentis Episcoporum Suffraga-
neorum potest Archiepiscopus.
- 30 Discordia ubi est inter Episcopos suffraganeos su-
per perceptione jurium Episcopaliū in Eccle-
sia, qua est sita in confinibus duarum diocæ-
sum, potest Metropolitanus eos cogere ut concor-
dent.
- 31 Jurisdictionem in subditos suffraganeorum potest Ar-
chiepiscopus exercere in concernentibus totam pro-
vinciam.

- 32 Archiepiscopus cum in provincia sua jurisdictionem exequitur, potest punire subditos suffraganei notorios injuriantes sibi, nunciis, ac familia sua.
- 33 Punire potest Archiepiscopus deviantes à consuetudine Metropolitana Ecclesia in divinis Officiis.
- 34 Metropolitanus tanquam delegatus Papa ad querelam Episcopi procedit contra Canonicos sui Suffraganei cessantes à Divinis sine causa rationabili.
- 35 Crimina quando sunt notoria, potest Archiepiscopus punire subditos Suffraganeorum in tota provincia.
- 36 Jurisdictionem in provincia potest exercere Archiepiscopus, consuetudine sibi permittente.
- 37 Quæstores eleemosynarum per totam provinciam mittere potest Archiepiscopus pro fabrica Ecclesia Metropolitana.
- 38 Edictum per totam provinciam potest mittere Archiepiscopus in casibus ad suam jurisdictionem pertinentibus.
- 39 Crucem ante se deferre potest Archiepiscopus in tota sua provincia, etiam in locis exemptis intra provinciam.
- 40 Pallio uti potest Archiepiscopus intra quamlibet Ecclesiam provinciam suam.
- 41 Pallio quibus diebus, & actionibus uti possit Archiepiscopus, ostenditur.
- 42 Benedicere populo per totam provinciam potest Archiepiscopus.
- 43 Officia divina in Pontificalibus celebrare potest Archiepiscopus in provincia, etiam in loco exempto.
- 44 Indulgentias potest concedere Archiepiscopus per totam suam provinciam, etiam si non sit in actu visitationis, dummodo statutum generalis Concilij non excidat.
- 45 Prædicationis officium aliquibus interdicit potest Archiepiscopus per totam provinciam.
- 46 Visitare provinciam, & procuracionem à subditis Suffraganeorum exigere potest Archiepiscopus.
- 47 Confessiones subditorum Suffraganeorum potest Archiepiscopus audire dum actu visitat.
- 48 Absolvere subditos Suffraganeorum, tam per se, quam per alios, potest Archiepiscopus dum visitat eorum dioceses.
- 49 Ordinare non potest Archiepiscopus, nec concedere litteras dimissorias dum actu visitat.
- 50 Jurisdictionem fori contentiosi in subditos Episcopi Suffraganei exercere non potest Archiepiscopus.
- 51 Dispensare in foro conscientia potest Archiepiscopus dum visitat diocesim Suffraganei audiendo Confessiones in pœnitentialibus.
- 52 Absolvere ab hæresi, & casibus concessu Episcopo in Concil. Trid. sess. 24. de reform. cap. 6. potest dum visitat Archiepiscopus subditos Suffraganei.
- 53 Confirmare electum confirmandum ab Episcopo Suffraganeo potest Archiepiscopus, si Ecclesia Suffraganea vacat.
- 54 Jurisdictionem potest exercere Archiepiscopus, & vacante sede Metropolitana, Capitulum, si Ecclesia Cathedralis non habet Capitulum actu, sed habitu, & quando nullus Canonicus est in sacris, &c.
- 55 Abbates, & Regulares Pralatos negligentes potest Archiepiscopus tanquam Sedis Apostolis delegatus compellere, ut prædicationis Evangelij fiat in Ecclesiis Parochialibus subjeclis Monasteriis in nulla diocesi existentibus.
- 56 Seminarj unum, vel plura Collegia potest Archiepiscopus cum duobus antiquioribus Suffraganeis in provincia erigere ob Ecclesiarum paupertatem.
- 57 Regulares potest Archiepiscopus tanquam Sedis Apost. delegatus convocare, in cujus provincia Monasteria sub immediata Sedis Apostol. protectione sita sunt, si sint negligentes exequi decretum Concil. Trid. sess. 25. de Regular. cap. 8.
- 58 Monachos, & alios Regulares vagabundos, & apostatas

- potest Archiepiscopus in tota provincia admonere, ut redeant ad sua Monasteria, &c.
- 59 Exules facere à tota provincia delinquentes in sua diocesi potest Archiepiscopus.
- 60 Vicarium, seu officialem deputare potest Archiepiscopus in Ecclesia Suffraganea, si infra octo dies post mortem Episcopi Capitulum non providerit, vel non idoneum elegerit.
- 61 Appellationis in causa cognoscit Archiepiscopus inter subditos Suffraganeorum.
- 62 Episcopus si promoveatur in Archiepiscopum, an sit Judex appellationis à sententia quam ipse protulit dum erat Episcopus.
- 63 Appellari potest ab Episcopo ad Archiepiscopum non solum in spiritualibus, sed etiam in temporalibus.
- 64 Appellari potest ad Archiepiscopum, etiam si Episcopi jurisdictio fuerit à Papa excitata in ea causa in qua Episcopus protulit sententiam.
- 65 Archiepiscopus potest cognoscere etiam inter illos, qui sponte offerunt se liti super illa re, de qua est appellatum, non autem inter eos invitos.
- 66 Appellationis in causa interlocutoria Archiepiscopus pronuncians bene appellatum, remanet Judex in toto negotio principali.
- 67 Appellatur ad Papam, & non ad Archiepiscopum in causis S. Fidei.
- 68 Archiepiscopus non cognoscit in causa appellationis quoad illos, qui partes non fuerunt.
- 69 Sententia de nullitate non potest cognoscere Archiepiscopus inter subditos Suffraganeorum absque appellatione.
- 70 Restituere in integrum non potest Archiepiscopus adversus sententiam Episcopi.
- 71 Episcopi à delegato non appellatur ad Archiepiscopum, sed ad Episcopum delegantem.
- 72 Archiepiscopus convenit subditum sui Suffraganei Episcopi coram ipso.

ARCHIEPISCOPUS (de cujus nominis etymologia, & origine egi supra, tit. i. c. 6. à n. 10.) quamvis respectu Ordinis in substantia, id est, respectu characteris, nihil plus habeat quam Episcopus, respectu tamen executionis, & exercitij majorem habet sollicitudinem, Card. Zabarel. in Clem. Archiepiscopo, n. 7. de privileg. & præcellit cæteros Episcopos honore, Gemin. in c. per singulas, l. 2. questione 3. & est persona magis privilegiata, c. servatis, & c. igitur, 25. quest. 2. Præstantia aliquando appellatur Archiepiscopalis dignitas, c. fin. de purgat. Canon. nonnunquam auctoritas Metropolitana, c. de his, 12. distinct. c. fin. 51. dist. c. sollicitudinem, de appellat. alibi dicitur Metropolitanis jus, c. cum à nobis, de arbitr. auth. de Ecclesiast. tit. in princ. novissime Mich. Ferr. in tract. de precedent. Ecclesiast. quest. 4. num. 2.

Sed cum Archiepiscopus in subditos Suffraganeorum nullam habeat potestatem, nisi in casibus expressis in Jure, c. Romana, c. venerabilibus, de sentent. excomm. in 6. c. 1. de supp. neglig. Prel. eod. lib. Jacobat. de Concil. lib. 2. art. 5. num. 34. Gambar. de officio Legati à latere, lib. 2. num. 33. Lotter. de re benef. lib. 1. quest. 22. num. 37. ubi n. 102. advertit quod ubicumque Archiepiscopus intendit procedere contra subditum Suffraganei sui in aliquo casu de expressis in jure, tenetur in sua citatione exprimere casum ipsum exceptum, per quem concludatur sua jurisdictio, cum aliàs possit citatio hujusmodi sperni, & citatus comparere non teneatur, Scacc. de appellat. q. 8. sub n. 98. de off. 4. Quarant. in summa Bullarj, verb. Archiepiscopi auctoritas, n. 12. & Marc. Anton. Genuent. in praxi Archiep. Neapol. c. 70. aliàs 71. n. 7. quem refero Ego ipse in collect. ad c. pastoralis, n. 3. de officio Ordin. & dicit Felin. in c. pastoralis, sub n. 3. de rescri-

piis
Qua
in li
dem
Etior
Sigi
& q
quid
cau
nul
nisi a
q. 19
ideo
quan
eorum
à per
3 Pr
Arch
in c.
Episc
copi l
torita
II.
fra tr
iis qu
careb
rem p
eod. ti
n. 3. v
tur ad
II
Episc
fragan
alij Ep
ut hab
suffrag
cum f
auctori
tanos
à Pap
confe
teris p
po co
IV.
polita
aliquo
temp.
sic. sex.
Neapol
in colle
V.
chiepi
nencu
chiepi
tim 1, N
quod
Ego ip
VI.
litanã
mens
ceder
Eccle
recog
Archie
70. n.
Episc
rentia
mon. 2
te, seu
bened
V. ub
tropo
& ho

piis, prout eum refert Prosper de Aug. in addit. ad Quarant. d. verbo, esse periculosum asserere idem esse in similibus, prout Archiepiscopi auctoritas in fine, & demum Archiepiscopum habere limitatam jurisdictionem in causis subditorum sui Suffraganei, asserit Sigism. Scac. de appellat. q. 17. limit. 47. memb. 3. n. 7. & quest. 19. remed. 1. consil. 6. n. 85. post princ. cujus quidem jurisdictio Archiepiscopi ita est restricta ad causas appellationum, ut in subditos sui Suffraganei nullam habeat jurisdictionem, etiam ipsis volentibus, nisi accedat consensus Suffraganei, idem Scac. d. tract. q. 19. remed. 2. n. 54. & q. 17. limit. 47. memb. 3. n. 11. ideo operæ pretium duxi in compendium redigere quanta sit auctoritas Metropolitanus in Suffraganeos, eorumque subditos, & in tota Provincia, & incipiendo à personis Suffraganeorum.

3 Prima præstantia erat, quod electum in Episcopum Archiepiscopus confirmabat, c. 1. 64. dist. c. innotuit, & in c. cum dilectus, de elect. c. inter corporalia, de translat. Episcopi, c. qua fronte, de appellat. Sbroz. de Vicario Episcopi lib. 2. q. 70. n. 1. Quarant. d. verb. Archiepiscopi auctoritas, num. 2. versic. prima.

4 II. Præstantia erat, quod electione non celebrata infra tres menses, iusto tamen impedimento cessante, ab iis qui eligere debuerant, eligendi potestate ea vice carebant, & devolvebatur ad Archiepiscopum superiorem proximum, c. ne pro defectu, de elect. c. quanquam, eod. tit. in 6. Quarant. dict. verb. Archiepiscopi auctoritas, n. 3. vers. secunda, ubi observat quod antea devolvebatur ad Papam, per c. dilectus, de concess. præbend.

III. Præstantia erat, quod confirmato electo in Episcopum Archiepiscopus in consecratione sui Suffraganei intervenire debebat, vel eam committere, nec alij Episcopi sine ejus mandato consecrare debebant, ut habetur 64. & 65. dist. c. qui in aliquo, 51. dist. c. suffraganeis, de elect. c. si Archiepiscopus, de tempor. ordin. cum similibus citatis à Quarant. d. verb. Archiepiscopi auctoritas, n. 3. versic. quarta, ubi observat Metropolitanos hodie hac auctoritate non uti, quia provilio sit à Papa, & sic ab ipso Pont. promotum inferiores non consecrare ait sine ejus licentia, quæ datur in ipsis litteris promotionis, ut à quocumque Catholico Episcopo consecratur.

IV. Præstantia est, quod ad consecrationem Metropolitanus debent concurrere omnes Suffraganei, c. qui in aliquo, in fine, 51. dist. c. si Archiepiscopus, cum seq. de tempor. ordin. Quarant. d. verb. Archiep. auctoritas, n. 4. versic. sexta, Marc. Anton. Genuens. in praxi Archiepisc. Neapol. c. 70. secundum Romanam impress. n. 26. Ego ipse in collect. ad dict. c. si Archiepiscopus, n. 2.

V. Præstantia est, quod vocati Suffraganei ab Archiepiscopo pro consecratione alterius Suffraganei tenerentur accedere, c. non debet, cum seq. 65. dist. d. c. si Archiepiscopus. Quarant. dict. verb. Archiep. auctoritas, n. 4. vers. septima, Marc. Anton. Genuens. d. c. 70. n. 17. observantes quod ubi vult Metropolitanus, ibi consecrari debet. Ego ipse in collect. ad c. si Archiepiscopus, n. 6.

VI. Præstantia est, quod Episcopus, qui in Metropolitana civitate non fuit ordinatus, intra duos, vel tres menses, proprii Metropolitanus præsentiam visurus accedere tenetur, vel impeditus scribere, ut ab eo monitis Ecclesiasticis instructus plenius quid observare debeat recognoscat, c. cum longe, 63. dist. c. Quarant. dict. verb. Archiepiscopi auctoritas, n. 6. Marc. Anton. Genuens. d. 70. n. 28. observantes Archiepiscopum dici patrem Episcoporum, & illi maximam obedientiam & reverentiam præstare debere Suffraganeos, unde in Cæremon. Episc. nuper edito c. 4. fuit decretum quod præsentem, seu adveniente Metropolitanus cesset Episcopus à benedictionibus privatis; & in Concilio Mediolanensi V. ubi de Episcopis habetur, quod illi coram suo Metropolitanus non possunt deferre Rochettum detectum, & hodie in Cæremoniali Episcoporum lib. 1. c. 3. patiter habet Aug. Barbosa de Episcop. Pars I.

betur Episcopos in congregationibus Concilij Provincialis coram Archiepiscopo uti posse Rochero cooperato cum mozzeta.

VII. Præstantia est, quod Archiepiscopus potest in-9 jungere suis Suffraganeis, ut servari faciant quod servatur in Metropolitana Ecclesia, c. dilectus, lib. 2. de simon. Quarant. d. verb. Archiepiscopi auctoritas, n. 7. versic. decimum, Marc. Anton. Genuens. d. c. 70. n. 21. ubi observat text. illum in d. c. dilectus, procedere ut possit injungere, quæ de Jure servanda sunt, nempe ut subditi caveant à labe simoniaca, juxta terminos dicti textus.

VIII. Præstantia est, quod Archiepiscopus vocat 10 Episcopos Suffraganeos ad Concilium Provinciale, 18. dist. c. per totam. Concil. Trident. sess. 24. de reform. c. 2. Marc. Anton. Genuens. d. c. 70. n. 22. In quo ipse est præfident, c. placuit, 18. dist. c. gloss. verb. exceptis, in c. pastoralis, de Officio Ordin. & est caput Concilij, Abb. in cap. grave, n. 8. & Imol. num. 10. de præbend. Card. Alex. in cap. si quis Episcoporum, 18. dist. c. ac omnibus Episcopis, Prælati, & Clericis Provinciae præesse dicitur, Beroi. in cap. 1. de judic. & est judex principalis in Concilio, cap. 1. 34. dist. ipse habet principaliter judicare de consilio aliorum Episcoporum, Card. Alexand. in cap. de eo, 50. dist. & late de Concilio Provinciali agit Quaranta in summa Bullarum, verb. Concilium Provinciale.

IX. Præstantia est, quod Archiepiscopus probat in 11 scriptis absentiam Episcopi Suffraganei, Concil. Trident. sess. 6. de reform. c. 3. & sess. 21. etiam de reform. c. 1. Quarant. de verb. Archiepiscopi auctoritas, n. 7. vers. undecimum. Et absque legitima causa eo non residente, Archiepiscopus potest applicare fructus fabricæ Ecclesiæ, aut pauperibus locis, & crescente contumacia, denunciare summo Pont. juxta prædicta decreta Concilij Trid. & Constit. Pij IV. incip. De salute gregis, pridie Nonas Septembr. 1560. Quarant. ubi supra, vers. duodecimum.

X. Præstantia est, quod Archiepiscopus potest com- 12 pellere Episcopum ad faciendum id, quod debet, Abb. in cap. si quis contra clericum, num. 40. de foro compet. Quarant. d. verb. Archiepiscopi auctoritas, n. 9. vers. 14. Marc. Anton. Genuens. dict. c. 70. n. 3. Unde † poterit 13 compellere Episcopum ad faciendam Synodum quotannis, cap. sicut, de accusat. & eum cogere ut constituat œconomum, cap. in nova, 16. q. 7. & cap. cum simus, 9. quest. 3. Sbroz. de Vicario Episcopi. lib. 1. quest. 46. n. 4. Et Archiepiscopus potest cogere Episcopum negligentem in 14 erectione Seminarij, ex Concil. Trident. sess. 23. de reform. c. 28. & sic de similibus.

XI. Præstantia est, quod Archiepiscopus potest 15 Episcopum suspendere, interdicere, & excommunicare, cap. 1. §. fin. de officio Ordin. in 6. cap. venerabili, ubi Abb. de sent. excomm. Lancelot. Conrad. in templ. omnium judic. lib. 2. cap. 4. sub n. 28. Ruzæ. de Synodo part. 1. num. 45. 46. & 47. ubi tenet quod Episcopus omittens congregare Synodum, est suspendendus ab executione officij, & poterit suspendi per Archiepiscopum, cui subest, Quarant. d. verb. Archiepiscopi auctoritas, num. 8. vers. 13. Marc. Anton. Genuens. dict. cap. 60. num. 5. ubi observat in coërcitione Suffraganeorum debere Archiepiscopum servare formam cap. 2. de offic. delegat. in 6. videlicet quod primò debet prohibere ingressum Ecclesiæ, vel Sacerdotale ministerium interdicere, deinde poterit suspendere ab officio, ultimo loco excommunicare, additque idem Genuens. cum Joan. Andr. & Domin. in d. c. 1. hoc ita servari debere, licet Episcopus adhuc non fuerit consecratus; excommunicationem tamen in Suffraganeum latam contra talem formam tenere. Amplia primò † in Vicario Archiepiscopi, ut possit Suffraganeum suspendere, interdicere, & excommunicare 16 re, sed absente Archiepiscopo, non præsentem, d. §.

160 De officio, & potestate Episcopi.

fin. Bertachin. de Episcopo, part. 7. lib. 4. tit. de Vicario Episcopi, quest. 10. Pichard. inter consilia Menochij 52. num. 187. Sbroz. de Vicario Episcopi, lib. 2. quest. 58. num. 3. nisi Episcopus non fuerit consecratus, quia tunc à Vicario etiam præsente Archiepiscopo excommunicari poterit, Archid. Domin. & Franc. dict. §. fin. Cuch. instit. Can. lib. 4. tit. de consecr. Episcopi, num. 6. & tit. de Vicario Episcopi, num. 123.

17 Sbroz. d. num. 3. Amplia secundo, † ut Archiepiscopus possit excommunicare Vicarium, vel Officialem Episcopi Suffraganei, subsistente causa rationabili, cap. 1. & ibi gloss. verb. rationabili, de officio Vicar. lib. 6. Archid. in cap. 1. in verb. jurisdictione, de officio Ordin. eod. Sbroz. de Vicario Episcopi lib. 2. quest. 59. num. 9. Causas autem rationabiles excommunicandi Vicarium recenset gloss. in dict. cap. 1. & ibi Archid. & Gemin. num. 6. in princ. videlicet quando Vicarius impedit causam appellationis delatam ad Archiepiscopum, vel si deliquit circa officium commissum, si peccaret in iis, quæ sunt jurisdictionis, si uteretur jurisdictione Episcopi sui, excommunicatur, si non servat Sedis Apostol. privilegia, & sit criminofus, & incorrigibilis, refert Sbroz. loco proximè citato.

18 Verùm propositio illa quod Archiepiscopus sit Iudex Vicariorum generalium suorum Suffraganeorum, quando delinquant in officio, non est indistinctè accipienda, sed distinguendi sunt duo casus cum Lotter. d. lib. questione 22. num. 100. Prior est quando Vicarius ita delinquit in officio ut offendant jurisdictionem Metropolitanam, veluti si nolit deferre appellationi ad eundem legitime emissæ, vel illius inhibitionem spernat, & tunc fatemur Archiepiscopum posse cum coëtere censura Ecclesiastica, & hic est verus sensus c. 1. de offic. Vic. lib. 6. qui venit conjungendus cum alio text. ejusdem Innocent. IV. in eadem controversia inter Archiepiscopum Remen. & ejus Suffraganeos, sive eorum Officiales, in cap. Romana, in princip. de appellat. Alter est si deliquit in officio præjudicando simpliciter partibus & justitiæ, & hoc quidem casu nisi propter notorietatem, & gravitatem criminis facta sit devolutio, cognitio, & punitio pertinet ad ipsum Episcopum, qui habet facultatem à Iure, prout quivis alius Magistratus, coërcendi Officialem suum appellatione remota, leg. nulli Officialium, Cod. quom. appet. non recip. registrata per Gratianum in cap. ei qui appellat, §. nulli quoque, 2. questione 6.

19 XII. Præstantia est, quod per negligentiam Episcopi circa id, quod facere debet, devolvitur jurisdictio ad Archiepiscopum, cap. cum sumus 9. q. 3. cap. 1. §. notoria, de censib. in 6. in ratione decidendi, & est communis, de qua testatur Felin. in c. Pastoralis, n. 6. de officio Ordin. dicens sic tenere universum, refert & sequitur Marc. Anton. Genuens. d. c. 70. n. 4. Quarant. d. verb. Archiepiscopi auctoritas, num. 21. Gambar. de offic. & potest. Legati de latere, lib. 2. tit. de variis Ordin. nominibus, n. 32. Ego ipse in Collectan. ad cap. Pastoralis II. n. 8. decis. 1222. n. 2. ubi num. 1. docet Episcopum posse cogere Suffraganeum ad compellendum subditos suos pro perhibendo testimonio, & alia opportuna in causis faciendo, & Episcopo negligente posse utrumque cogere, & decis. 1237. n. 2. ubi quod jus cogendi testes, & alios, non sibi, sed Episcopo Suffraganeo in subditos, non est penes Metropolitanum, nisi in casu negligentia Episcopi Suffraganei. Quicquid teneat Abb. in c. si quis contra clericum, n. 7. & in repet. à n. 40. de foro compet. advertit Prosp. de Augustino in addit. ad Quarant. citato n. 41. lit. M. post Pavin. quem refert de Visitat. p. 2. q. 5. quod propter negligentiam solam non devolvitur jurisdictio ad Archiepiscopum, nisi post terminum assignatum per ipsum Archiepiscopum; quando tamen crimina non sunt notoria. Hinc colligo primò, quod † si Episcopus voluerit instituere præsentatum, ipsum instituet

superior proximus, id est, Archiepiscop. Abb. in. c. ex parte, de concess. preb. Roch. de jurepatron. pro eo quod de diocesani consensu, quest. 5. n. 12. Mandos. conf. 7. sub n. 13. Campan. in divers. Juris Canon. rub. 21. cap. 13. n. 475. Ego ipse in Collect. ad c. nullus 17. num. 2. de jurepatron. ab Episcopo tamen exempto & Papam fit devolutio, Campan. d. cap. 13. num. 484. at in beneficiis Curatis debet instituere infra duos menses, aliàs patroni possunt adire Archiepiscopum, qui instituet, ex Constit. Pij V. incipit In conferendis, sub dat. 16. Maij 1567. quam refert Quarant. verb. beneficiorum parochialium collatio. Secundo colligo † Episcopo negligente in executione ultimæ voluntatis, Archiepiscopum exequi, ut per Abb. in d. cap. pastoralis, in princ. Lancel. Conrad. in templo omnium judicum, lib. 2. cap. 4. sub num. 22. Marc. Anton. Genuens. d. num. 4. Ego ipse d. n. 8. vers. veluti. Spin. in speculo testament. gloss. 28. n. 42. Marta de jurisd. part. 2. cap. 10. n. 4. novissimè Franc. Cap. de executorib. testamentar. lib. 1. cap. 22. num. 77. Tertio colligo † Metropolitanum adiri posse, ut Episcopum cogat iudici sæculari auxilium, quod abnegavit, exhibere, ut per Covar. pract. c. 10. sub. num. 10 quem refero Ego ipse d. n. 8. Quarto colligo † Archiepiscopum absolvere quem non vult absolvere Episcopus, cap. ad reprimentam, de officio Ordin. Quinto colligo † Episcopo denegante dispensationem, quando est debita, Archiepiscopum dispensare posse, ut per Borgas. de irregul. in 2. p. princ. in princ. quem refert Marc. Anton. Genuens. d. num. 4. post med. observans dispensationem dici debitam ratione personæ, ætatis, loci, temporis, pietatis, necessitatis, & utilitatis Ecclesiæ, Sanch. in præcepta Decalogi tom. 1. lib. 4. c. 38. num. 13. Sexto colligo † Archiepiscopum posse cogere Episcopum, ut constituat ibi Vicarium, quado non est idoneus ad regendum, vel commodè regere non potest, ut per Abb. in cap. quoniam, de officio Ordin. Sbroz. de Vicario Episcopi lib. 1. quest. 57. quos refero Ego ipse in Collect. ad d. cap. pastoralis, n. 9. Septimò colligo † Archiepiscopum non posse supplere negligentiam Episcopi exempti, ut probat d. cap. nullus, ubi Episcopi Adonen. negligentia Papæ nunciatur, quia non recognoscebat alium Superiorem nisi Papam, ac proinde cum fuerit exemptus, negligentiam Metropolitanus supplere non poterat, ut advertunt Lambertin. de jurepatron. lib. 1. p. 2. art. 20. n. 9. Stephan. Quarant. d. verb. Archiepiscopi auctoritas, n. 21. in fine. Marc. Anton. Genuens. d. n. 4. etiam in fine, Ego ipse in Collect. ad. d. c. nullus, num. 2.

XIII. Præstantia est, quod Archiepiscopus Ordinarius Iudex est omnium Episcoporum suæ Provinciæ, cap. que cognovimus, 20. q. 3. cap. pastoralis, in princip. ubi Abb. n. 2. de officio Ordin. c. sollicitudinem, de appellat. Sbroz. de Vicario Episcopi lib. 2. quest. 58. in princ. Bottæ. de Synodo p. 3. art. 2. sub n. 27. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 42. n. 16. Soar. de Pace in pract. tom. 2. prælud. 1. n. 17. Marc. Anton. Genuens. d. c. 70. n. 7. Ego ipse in Collect. ad d. cap. pastoralis, num. 4. Gambar. de offic. & potestate Legati de latere, lib. 2. tit. de variis Ordinariorum nominibus, n. 31. Quarant. d. verb. Archiepiscopi auctoritas, n. 10. vers. decimasexta, ubi tamen in fine d. num. 10. per gloss. verb. mensæ sue, in Clem. si vna. de rebus Eccles. non alien. & Host. in c. 2. per text. ibi, de translat. Episcopi, observat Archiepiscopum in ipsos Suffraganeos, & respectu suarum causarum nullam habere potestatem, nisi quatenus expressum in jure reperitur, & ideo illi procedere volenti responderi posse, quia sufficit quod casus iste non inveniatur expressè concessus, quod & probat Lotter. d. lib. 1. c. 22. à num. 38. Seraph. decis. 1212. n. 2. & decis. 1222. n. 3. Vnde pro declaratione materiæ adverte primò † Archiepiscopum de civilibus causis tantum Suffraganeorum cognoscere posse, ut per

per Abb. in d. cap. pastoralis, n. 2. Sbroz. d. q. 58. n. 6. Quarant. d. num. 10. Læl. Jordan. in tract. de Romanæ Sedis orig. c. 13. & ult. n. 7. tom. 13. p. 1. fol. 18. Lotter. d. quest. 22. n. 29. Verum Scacc. de appellat. q. 8. n. 98. vers. in hac contrarietate, citans Abb. in cap. pastoralis II. sub n. 1. de offic. Ordin. concludit quod Archiepiscopus indifferenter cognoscit de causa civili, etiam si subditus Episcopi conveniat Episcopum; nam debet eum convenire coram Archiepiscopo à quo appellabitur ad Patriarcham, secus tamen dicit si Episcopus ageret contra suum subditum, quia non decet, ut Episcopus conveniat eum coram Episcopo, cum Archiepiscopus non sit iudex subditorum Episcopi, neque Episcopus debeat esse iudex in causa propria, & ideo eligi debent arbitri auctoritate juris, & a sententia arbitratorum appellatur ad Papam, omisso medio. Gemin. in cap. Romana 3. §. ab Archidiaconis, sub num. 4. vers. quare quare, ubi Franch. sub num. 4. limit. 4. de appellat. lib. 6. Brederod. de appellat. p. 1. tit. 18. in verb. ab arbitris, col. 202. Scacc. d. tract. quest. 7. num. 107. De causis etiam criminalibus minoribus, in quibus nulla imponenda pœna depositionis venit, cognoscit Archiepiscopus, Redoan. de simonia, cap. 17. numer. 5. Lotter. d. quest. 22. 31. Ad Curiam verò non possunt hodie Episcopi conveniri, citari, aut moneri, sive ex officio procedatur, sive per denunciationem, vel accusationem, nisi ob causam ex qua venient deponendi, aut privandi; & tunc etiam solo Summo Pont. terminandam, ex dispositione Concil. Trid. sess. 13. de reform. c. 6. & 7. & sess. 24. de ref. cap. 5. notant Sbroz. d. q. 58. num. 7. & Quarant. loco proxime citato, Aloyf. Ricc. in decis. Archiepisc. Neapol. decis. 142. part. 4. Gonzal. ad reg. Cancel. glos. 41. numer. 5. Erasim. à Cochier de jurisdict. Ord. in exemptos, p. 1. q. 42. Scacc. tract. de appellat. q. 8. n. 98. vers. secus. Secundo adverte, † Archiepiscopos posse dispensare in votis & juramentis Episcoporum Suffraganeorum, ut cum Palud. S. Antonin. Henriquez, Avil. Sayr. & aliis resolvit Sanch. in precepta Decalogi tom. 1. lib. 4. c. 3. n. 16. Sequitur Molfes. in summa moralis Theologia, in tract. II. cap. 15. n. III. licet Suar. de Relig. lib. 6. de voto, c. 11. n. 3. dicat in hoc casu consulendam esse consuetudinem. Tertio adverte, quod † quando est discordia inter Episcopos Suffraganeos super perceptione jurium Episcopaliū in Ecclesia, quæ est sita in confinibus duarum diocesium, potest Metropolitanus eos cogere, ut concordent, Bellencin. in tr. de charitativo subsidio, q. 52. Prosper de Augustino in addit. ad Quarant. d. verb. Archiepiscopi auctoritas, vers. 40. Quarto adverte jurisdictionem contentiosam respectu personæ cujuslibet Suffraganei, defuncto Metropolitanò, veluti naturalem transmeare in Capitulum, Bertachin. de Episcop. in pralud. n. 13. Lotter lib. 1. q. 22. n. 33.

XIV. Præstantia est, quod in concernentibus totam Provinciam potest Archiepiscopus exercere jurisdictionem in subditos Suffraganeorum, ut in tollendo pravam consuetudinem, cap. ad extirpandas, & c. in de filiis Presbyt. ex frequentibus, de instit. Abb. in c. pastoralis, in princip. de officio Ordin. ubi Felin n. 7. Quarant. d. verb. Archiepiscopi auctoritas, n. 23. vers. 20. Marc. Anton. Genuens. d. c. 70. n. 10.

XV. Præstantia est, quod Archiepiscopus cum in provincia suam jurisdictionem exequitur, potest punire subditos Suffraganei notorios injuriantes sibi, nunciis, & familiæ suæ, tam si ob id sua jurisdictio impediatur, quàm non, cap. I. de penis in 6. Quarant. d. verb. Archiepiscopi auctoritas, vers. 21. ubi Prosper de Aug. in addit. cum Host. & Archid. in d. c. 1. observat posse Archiepiscopum iniurias etiam occultas punire, dummodo de illis constare possit, Marc. Anton. Genuens. d. c. 70. n. 11.

XVI. Præstantia est, quod Archiepiscopus potest punire deviantes à consuetudine Metropolitanæ Ec-

clesiæ in divinis Officiis, c. de iis, 12. distinct. Sylvest. verb. Archiepiscopus, sub n. 2. Ego ipse in collect. ad c. pastoralis, in 6. de officio Ordin. Quarant. d. verbo Archiepiscopi auctoritas, verb. 22. ubi observat hodie hac de re attendendas Constitutiones Pij V. super recitatione Romani Breviarij, & Missalis.

XVII. Præstantia est, quod Metropolitanus ad querelam Episcopi tanquam delegatus Papæ procedit contra Canonicos sui Suffraganei cessantes à Divinis absque causa rationabili, & manifesta, c. irrefragabilis, §. cæterum, de officio Ordin. ubi noto ego ipse in collect. n. 14. Quarant. d. verb. Archiepiscopi auctoritas, vers. 3. Marc. Anton. Genuens. d. c. 70. n. 13.

XVIII. Præstantia est, quod quando crimina sunt notoria, potest Archiepiscopus punire subditos Suffraganeorum in tota provincia, cap. I. §. notoria, de censib. in 6. Quarant. d. verb. Archiepiscopi auctoritas, vers. 24. Marc. Anton. Genuens. d. c. 70. n. 11. & illum posse procedere in omni tempore, etiam extra visitationem, asserit Abb. in c. ex frequentibus, n. 10. de institut. quod tamen admittit Genuens. loco proxime citato, dummodo Episcopus non prævenerit in puniendo: sed Sylvest. verb. Archiepiscopus, sub n. 3. in fine, quem videtur sequi Quarant. dict. vers. 24. illud intelligit quando Episcopus fuerit negligens.

XIX. Præstantia est, quod Archiepiscopus potest exercere jurisdictionem in Provincia, consuetudine sibi permittente, c. I. de foro compet. c. I. de penis, lib. 6. ubi notant Gemin. & Franch. Marc. Anton. Genuens. d. c. 70. n. 23. Quarant. d. verb. Archiepiscopi auctoritas, vers. 25. ubi Prosper de Augustino in addit. limitat ut non possit Archiepiscopus, sive alius Prælati consuetudine acquirere, quæ communiter non conceduntur Ecclesiis sine privilegio Apost. per cap. contra morem, 100. dist.

XX. Præstantia est, quod Archiepiscopus, vel eius Officialis potest mittere quæstores eleemosynarum per totam Provinciam pro fabrica Ecclesiæ Metropolitanæ, quibus si à subditis Suffraganeorum resistitur, vel non paretur, non possunt eos citare, cap. I. de Penit. & remiss. lib. 6. ubi Franch. dicit procedere pro quolibet opere pio, Imola in Clem. abusioibus, n. 28. & Zabarel n. 9. eod. titul. Quarant. d. verb. Archiepiscopi auctoritas, vers. 26. ubi etiam observat, quod licet Archiepiscopus punire possit subditos Suffraganeorum impediens eum, vel ejus Officiales in jurisdictione contentiosa, vel quasi, d. c. 1. non tamen poterit jurisdictionem exercere contra ipsos subditos Suffraganeorum impediens eum, vel officiales circa charitatem & exhortationem, sed bene poterit coercere ipsos Suffraganeos, & eorum Officiales, si absque causa justa non permittunt, cum potestas ipsorum Archiepiscoporum circa exhortationem esset a ias eluforia, vel quia sunt iudices Suffraganeorum, & eorum Officialium, ut dixi sup. Præstantia 13.

XXI. Præstantia est, quod Archiepiscopus potest mittere edictum per totam Provinciam in casibus ad suam jurisdictionem pertinentibus, Gemin. & Franch. in c. I. ibi, de suppl. neglig. Pralat. lib. 6. Quarant. d. verb. Archiepiscopi auctoritas, vers. 27. Marc. Anton. Genuens. d. c. 70. n. 14.

XXII. Præstantia est, quod Archiepiscopus in tota sua Provincia potest ante se deferre Crucem, & populo benedicere, etiam in locis exemptis intra Provinciam, Clem. Archiepiscopo, de privileg. ubi Zabarel. sub num. 5. & latè explicat Rufæ. de prerogativis Archiepiscopalis dignitatis, privil. 2. Læl. Zech. de Repub. Ecclesiastica, tit. de statu Illustriss. Patriarcharum, n. 6. in verb. Archiepiscopus, Lotter. d. lib. 1. q. 22. n. 27. Vincent. de Franchis decis. 711. à n. 4. ubi dicit quod delatio Crucis Dominicæ significat quandam præminentiam ejus, qui ante se facit illam deferre, & sic potest Archiepiscopus illam deferri facere per loca exempta, licet

non possit extra Provinciam suam, quia locus exemptus non definit esse intra provinciam. Quarant. d. verb. Archiepiscopi auctoritas, vers. 28. ubi ampliatur etiam extra visitationem, & limitatur, nisi esset praesens Legatus Papae, vel Cardinalis non Legatus, seu Nuncius cum facultate Legati de latere: quod etiam tradit Gratian. Marchia decis. 29. n. 5. & advertit Alzed. part. 1. c. 13. n. 7. quod Archiepiscopus electus, confirmatus, & consecratus, donec pallium accipiat, non potest facere portare Crucem.

40 XXIII. Praestantia est, quod Archiepiscopus intra quamlibet Ecclesiam Provinciae suae potest uti pallio, cap. 1. de auctorit. & usu pallij, etiam in loco exempto, Clem. Archiepiscopo, de privileg. Durand. in Rationali Divinorum, lib. 5. cap. 17. Rufae. de prerogativis Archiepiscopi dignitatis, privileg. 21. Petr. Greg. syntagm. lib. 15. c. 9. à n. 6. Guid. Pancir. in thesauro variarum lect. lib. 1. c. 20. Quarant. d. verb. Archiepiscopi auctoritas, vers. 32. Stephan. Durant. de ritibus Ecclesiae lib. 2. c. 9. à numer. 41. Sanch. in opusc. in val. lib. 8. c. 1. dub. 16. n. 4. Lotter. de re benef. lib. 1. q. 22. n. 2. cum multis seqq. novissime Novar. in praxi var. for. q. 11. n. 6. sect. 1. † Non autem semper, sed in certis tantummodò diebus, cap. ad honorem, & cap. ult. de auctorit. & usu pallij. Qui autem hi dies sint, licet satis in Jure expressum non esse advertat gloss. in d. c. ult. eos tamen recenset Durand. d. c. 17. n. 13. & alii supra post eum citati, quibus addo Azor. instit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 34. q. 2. vers. queres quinam sint. Moscon. de majest. militantis Ecclesiae, p. 1. lib. 1. cap. 8. pag. 236. lit. B. D. Acuña ad c. pallium, n. 1. dist. 100. & in praxi cerem. lib. 1. sect. 10. c. 10. n. 10. Sanchez d. dub. 16. ex numer. 5. Alzedo de praecellent. Episcop. dignit. part. 1. c. 13. num. 72. Sed melius est recurrendum ad formam privilegii, ut in diebus tantum in concessione pallij expressis eo uti liceat, ut expressit text. in d. cap. ult. & advertit gloss. ult. in d. cap. 1. Non etiam eo utuntur Archiepiscopi in omnibus actionibus, sed tantum in Missarum solemnibus, cap. pallium 110. dist. Sanch. d. dub. 16. num. 5. Vel si Episcopum contigerit consecrare, ut ex Gregor. epist. 2. ad Bonifac. notant Durand. d. c. 9. in fine. Vel etiam in ordinationibus clericorum, juxta text. in c. quod sicut 28. §. super eo, de elect. ex quo & text. in c. bona 4. in fine, de postulat. Pralat. negativè decidenda videtur quaestio, de qua jam diù vidimus dubitari, utrum scilicet Episcopus factus Archiepiscopus ante receptum pallium Ordines conferre possit; nam in dict. §. super eo, decidit Pontifex, quod non tanquam simplex Episcopus, sed tanquam Archiepiscopus Ordines conferre, & alia Pontificalia exercere non potest: ante receptionem pallij non potest verè dici Archiepiscopus, ut est text. in cap. nisi specialis, ubi gloss. verb. nominis, de auct. & usu pallij, Decian. conf. 90. num. 11. lib. 2. Genuens. decis. 1. num. 19. Lotter. d. quest. 22. num. 24. At verò in d. cap. bona, decidit fortius, Archiepiscopum translatum in aliam Ecclesiam antiquo pallio uti non posse, neque sua uti potestate ante novum acceptum, quod intra propriam provinciam suos subditos ordinando de plano procedit; quae intelliguntur vera, cum intendit exercere actus Ordinis Episcopalis jure suo, & ex propria persona tanquam Archiepiscopus, secus verò si tanquam Episcopus vice aliterius Episcopi, qui eum invitaret in sua dioecesi, Ferrer. conf. 90. sub num. 3. Genuens. d. cap. 71. num. 18. Lotter. d. q. 21. n. 25. Et ideo hoc casu videtur admittendum quod Ordines conferre possit ante pallium acceptum, velut Episcopus nullius Dioecesis, & ne Archiepiscopus deterioris conditionis sit quam hujusmodi Episcopus, ut advertit Rufae. dict. privileg. 21. versic. unum est, & non dissentit Prosper de Augustino in addition. ad Quarant. d. vers. 32. In processibus autem quando processionaliter Archiepiscopum Ecclesiam exire contigerit, pallium uti non posse, decidit text. in dict. cap. 1. Sanchez dict. dub. 16. n. 6. licet

aliquando ex privilegia à Romano Pontif. aliquibus concessum legamus, ut in processibus utantur pallio, ut advertit Durand. loco proxime citato. Non obstat text. in dict. cap. ultim. ibi, ubicumque fueris, unde aliqui deducebāt, Archiepiscopos etiam in aliena Provincia uti posse pallio de consensu ejus ad cujus provinciam declinant, juxta text. in dict. cap. ex tuarum, in fine; repugnat enim ipse text. si advertas, procedere supposito speciali privilegio. Quare melius respondetur cum gloss. ibidem, quam sequuntur Doctores communiter, teste Rufae d. privileg. 21. versic. istud tamen, quod verba generalia, ubicumque fueris, restringuntur ad terminos habiles, scilicet intra Provinciam, juxta doctrinam gloss. 1. in l. 1. Cod. de sacros. Eccles. & gloss. ultim. in cap. 1. de constitut. Advertit Prosper de Augustino citato loco, Archiepiscopum, qui renunciavit Episcopatu, & sic loco, & non dignitati, non posse exercere Pontificalia cum pallio in dioecesi, & Provincia renunciata, etiam cum consensu Archiepiscopi successoris, & Suffraganeorum, sed tantum exercere Pontificalia sine pallio cum consensu praedictorum, quemadmodum in aliis dioecesibus de consensu Dioecesanorum, quia illo pallio amplius uti non potest, sed debet retinere penes se, & cum eo sepeliri, Castal. d. cap. 10. n. 13. ubi advertit debere pallium apud se retinere, & cum eo sepeliri sub capite ipsum tenendo: item addit ante receptionem pallij nihil interim de Ecclesiae proventibus recipere posse, ut in Extravag. 1. in fine, de elect. inter commun. posse Archiepiscopum nondum recepto pallio exercere ea, quae sunt jurisdictionis, non verò cogere Concilium, & exercere quae sunt Ordinis Episcopalis, observat Sanchez in praecepta Decalogi tom. 1. lib. 4. cap. 38. num. 9. Castald. dict. cap. 10. num. 3. ubi n. 9. advertit ipsum pallium dignè, & honorificè asservari debere serio obvolutum in capsula intus, & extra pulchrè ornata, ut ipso uti possit Archiepiscopus temporibus suis. Et quia pallium est personale, non potest accommodari, Durant. in ration. divin. offic. lib. 3. cap. 7. num. 12. Quarant. d. verb. Archiepiscopi auctoritas, vers. 32. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 3. cap. 34. quest. 8. Layman. de Pral. Eccles. elect. cap. 14. quest. 159. nec in morte alicui relinqui, sed cum eo Archiepiscopus sepeliri debet: in sua Provincia ipsum habebit circa humeros infra Planetam; si verò extra Provinciam sepeliatur, ponendum erit pallium sub capite Archiepiscopi defuncti. Castald. dict. cap. 10. num. 12. Tres quaestiones hac de re disputat eleganter D. Acuña ad c. pallium 10. dist. 100. vide apud illum. Alia de hac materia congerit Alzed. dict. part. 1. c. 13. num. 71. cum seqq.

XXIV. Praestantia est, quod Archiepiscopus de Jure communi potest benedicere populo per totam Provinciam, etiam in loco exempto, Clem. Archiepiscopo, de privileg. Quarant. d. verb. Archiepiscopi auctoritas, vers. 29. ubi intelligit tam de benedictione solemnibus, per illa verba, sit nomen Domini benedictum, quam simplici, quae iterando praestatur, & habetur expressè in Ceremon. Episcoporum, lib. ... c. 4.

XXV. Praestantia est, quod potest Archiepiscopus divina Officia in Pontificalibus celebrare in Provincia, etiam in loco exempto, & alios in sua praesentia sine Pontificalibus celebrare facere, Clem. Archiepiscopi auctoritate, vers. 30. ubi advertit quod pro celebratione in Pontificalibus potest collocare sedem, quia spectat ad honorem Episcopalem, & est de accessoris ad celebrationem, & his Pontificalibus utitur sine jurisdictionis exercitio, vel officio, ut Missam celebrando, & praedicando: sed si jurisdictione, vel officio uti vellet, id non poterit sine licentia Episcopi, vel superioris loci exempti, ut ordinare, chrismare, degradare, vel similia faciendo, gloss. est celebris, & magistra in d. Clem. Archiepiscopi, Pavin. de visitat. p. 2. q. 4. Covar. pract. c. 19. sub n. 2. ubi hoc intelligit, etiam si vellet

vellet illa exercere in subditum suum, non solum in loco exempto, sed etiam in diocesi sui Suffraganei.

XXVI. Præstantia est, quod Archiepiscopus potest concedere Indulgentias per totam suam Provinciam, etiam si non sit in actu visitationis, dummodo statutum generalis Concilii non excedat, *cap. nostro, de penit. & remiss. Rosel. de Indulgent. num. 274. Cordub. q. 14. Henriq. in sum. lib. 7. c. 32. §. 1. Stephan. Quarant. dict. verb. Archiepiscopi auctoritas, vers. 31. ubi limitat in loco exempto, Marc. Anton. Genuens. dict. c. 70. num. 15. Bonacin. de Sacrament. disp. 6. de Indulgent. q. 1. punct. 3. n. 2. vers. observat. Azor. institut. moral. p. 2. lib. 3. c. 55. quæst. 6. Franc. Leo in thesauro fori Eccles. p. 1. c. 7. n. 18. Lotter. d. q. 22. n. 28. Jul. Labor. de Indulgent. p. 2. c. 11. n. 28. dixi infra alleg. 88. n. 15. & 16.*

XXVII. Præstantia est, quod Archiepiscopus potest per totam Provinciam suam prædicationis officium aliquibus interdiceret, prout in *c. tuarum, de privileg. Quarant. d. verb. Archiepiscopi auctoritas, vers. 34. Marc. Anton. Genuens. d. c. 70. n. 16.*

XXVIII. Præstantia est, quod Archiepiscopus potest visitare Provinciam, & procuratorem à subditis Suffraganeorum suorum exigere, *c. cum Apostolus, ubi gloss. verb. Archiepiscopi, c. sopita, & cap. super eo, de censib. c. cum ex officij, de præscript. c. 1. & c. fin. de censib. lib. 6. Ubi dicitur quod Archiepiscopus dum visitat Provinciam, potest Confessiones subditorum Suffraganeorum audire, & absolvere confitentes, & ipsis penitentias injungere salutes, & absolvere à casibus Episcopo reservatis, & censuris, Pavin. de visitat. part. 2. q. 4. Quarant. dict. verb. Archiepiscopi auctoritas, vers. 33. Marc. Anton. Genuens. dict. c. 70. n. 9. Henriq. lib. 11. c. 3. §. 5. Et potest Archiepiscopus dum actu visitat dioceses Suffraganeorum, absolvere illorum subditos, tam per se, quam per alios, probant Suarez tom. 4. disp. 25. sect. 1. n. 14. Valer. Reginald. in præxi fori penit. lib. 1. num. 23. Molfes. in sum. moralis Theolog. tract. 7. c. 14. n. 75. † Non potest tamen ordinare, nec concedere litteras dimissorias, quia non reperitur à Jure ei permissum, Franch. & Gemin in d. c. fin. Marchin. de sacram. Ordinis tract. 1. part. 5. cap. 5. n. 7. nec poterit conferre Ordines suis subditis in Diocesi Episcopi Suffraganei absque ejus licentia, quia non potest solemniter exercere actus pertinentes ad Ordinem Episcopalem intra alienam diocesim, Cov. pract. c. 9. num. 2. Sanch. in opuscul. moral. lib. 7. c. 1. dub. 20. n. 30. neque chrismare, Petr. Subert. in tract. de cultura vineæ Dei, part. 1. c. 9. † Nec poterit exercere jurisdictionem fori contentiosi in subditos Episcopi Suffraganei, Quarant. dict. vers. 33. nisi in duobus casibus, videlicet in criminibus notoriis, & contra impediens ejus jurisdictionem, ut notatum est sup. præstantia 12. & 17. Hodie verò attentà novâ dispositione Concilij Trid. sess. 24. de reformat. c. 3. Archiepiscopus non potest visitare dioceses Suffraganeorum, nisi causa cognita & probata in Concilio Provinciali, & tunc visitando habebit easdem facultates, quas ante Concil. de Jure communi habebat, ex citatis Juribus, nec non alias, quæ à Concil. Provinciali in specie ei committerentur juxta facultatem quam habet à Jure ipsum Provinciale Concilium, ut observant Henriquez lib. 6. de penitent. c. 14. num. 9. in textu, & in commento lit. Z, Sanch. in præcepta Decalogi tom. 1. lib. 2. cap. 11. num. 6. in fine.*

XXIX. Præstantia est, quod Archiepiscopus dum visitat diocesim Suffraganei audiendo Confessiones in penitentialibus, potest dispensare in foro conscientie, ut per Gambar. de offic. Legati lib. 2. tit. de variis Ordin. nom. n. 33. Abb. in c. ad extirpandas, de filiis Presbyt. Marc. Anton. Genuens. d. c. 70. num. 9. Borgas. de irregular. part. 5. in tit. dispensat. Archiepiscop. advertens quod quando in foro exteriori dispensatio est debita ratione causæ & personæ, debet

remittere ad Suffraganeum ejus subditum ut dispenset cum eo, quo recusante, vel negligente, ipse Archiepiscopus dispensabit; additque quod ubicunque Suffraganeus culpa sua jus dispensandi perdidisset, potest Archiepiscopus dispensare: adjungit denique ipse Borgas. quod quando Episcopus est suspensus ad tempus, & ea dispensatio pro magno bono fiendo, vel magno scanda lo vitando celeritatem requireret, tali casu fit devolutio ad Metropolitanum, refert Prosper de Augustino in addit. ad Quarant. d. verb. Archiepiscopi auctoritas, post vers. 40. Unde potest Archiepiscopus dum visitat, ut supra, subditos Suffraganei absolvere ab hæresi, & casibus concessis Episcopo in decreto Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 6. quia tempore, quo visitat, censetur illa diocesis tanquam sua, & habet in ea jurisdictionem Episcopo superiorem: ita Suar. tom. 4. disp. 30. sect. 1. n. 8. & tom. 5. disp. 41. sect. 2. n. 12. quia addit in hoc n. 12. hoc esse verum quoad forum Penitentiae, & sic quoad absolutionem à reservatis; secus autem quoad dispensationem, ut in irregularitate, idem dicit tom. 2. de Relig. tract. de voto, lib. 6. c. 10. num. 9. sequuntur Sayr. in clavi Regia lib. 6. c. 21. n. 80. Genuens. d. n. 9. Sanch. d. tom. 1. lib. 4. cap. 38. n. 14. contra Henriq. Anton. Gom. & Avilam citatos per Sanch. existimantes posse in hoc casu Archiepiscopum dispensare.

XXX. Præstantia est, quod Archiepiscopus potest confirmare electum confirmandum ab Episcopo suffraganeo, si Ecclesia suffraganea vacat; si tamen est consuetudo, *cap. sicut tuis, ubi gloss. verb. Coloniensem, de simon. Stephan. Quarant. dict. verb. Archiepiscopi auctoritas, vers. 35.*

XXXI. Præstantia est, quod Archiepiscopus potest exercere jurisdictionem, & vacante Sede Metropolitana Capitulum, si Ecclesia Cathedralis non habet Capitulum actu, sed habitu, & quando nullus Canonicus est in Sacris in Ecclesia Suffraganea, ut per Pavin. de officio, & potest. Capituli Sede vacante, part. 1. q. 10. sub n. 5. Prosp. de August. in addit. ad Quarant. d. verb. Archiepiscopi auctoritas, post vers. 40.

XXXII. Præstantia est, quod Archiepiscopus tanquam Sedis Apost. delegatus potest compellere Abbates, & Regulares Prælatos negligentes, ut prædicatione Evangelii fiat in Ecclesiis Provincialibus subiectis Monasteriis in nulla diocesi existentibus, Concil. Trident. sess. 5. de reform. c. 2. Quarant. d. verb. Archiepiscopi auctoritas, vers. 37.

XXXIII. Præstantia est, quod Archiepiscopus cum duobus antiquioribus Suffraganeis potest in Provincia erigere unum, vel plura Collegia Seminarii ob Ecclesiarum paupertatem, juxta decretum Concilii Trid. sess. 23. de reform. c. 18. de quo multa dixi p. 3. hujus tract. alleg. 77. referunt Quarant. dict. verb. Archiepiscopi auctoritas, vers. 38. & Marc. Anton. Genuens. d. c. 70. num. 20.

XXXIV. Præstantia est, quod Archiepiscopus tanquam Sedis Apostol. delegatus potest convocare Regulares, in cujus Provincia Monasteria sub immediata Sedis Apostolicæ protectione sita sunt, negligentes exequi decretum Concil. Trident. sess. 25. de Regul. c. 8. refert Quarant. d. verb. Archiepiscopi auctoritas, vers. 37. in med.

XXXV. Præstantia est, quod Archiepiscopus in tota provincia potest monere Monachos, & alios Regulares vagabundos & apostatas, ut redeant ad sua Monasteria, monendo prius Episcopos Suffraganeos, ut id exequantur, deinde Regularium Superiores, ut eos reducant, quibus negligentibus, ipse compellet Regulares, & etiam Superiores, per text. in c. quanto, de officio Ordin. refert Marc. Anton. Genuens. d. cap. 70. n. 20.

XXXVI. Præstantia est, quod Archiepiscopus potest exules facere à tota Provincia delinquentes in sua Diocesi, *c. 2. de arbit. c. tuarum, de privileg. Quarant. dict. verb.*

- verb. *Archiepiscopi auctoritas*, vers. 39. Marc. Anton. Genuens. d. c. 79. num. 17.
- 60 XXXVII. Præstantia est, quod Archiepiscopus potest deputare Vicarium, seu Officiale in Ecclesia suffraganea, si infra octo dies post mortem Episcopi Capitulum non providerit, vel non idoneum elegerit, ex decreto Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 16. referunt Quarant. dict. verb. *Archiepiscopi auctoritas*, vers. 36. & Marc. Anton. Genuens. dict. c. 70. n. 6. Ragus. de iure canonicorum in capitulo, quæsto 37. n. 1. ubi n. 8. cum Gem. in cap. fin. n. 8. de suppl. neglig. Prælat. observant quod si moreretur Vicarius creatus à Metropolitanano, vel alio Superiore ob negligentiam Capituli, Capitulum potest infra octo dies creare ut prius, quia pro prima vice tantum amisit jus, & ad ornatum materiam vide quæ dixi p. 3. hujus tr. alleg. 54. n. 163. cum seqq.
- 61 XXXVIII. Præstantia est, quod Archiepiscopus cognoscit in causa appellationis inter subditos Suffraganeorum, cap. pastoralis, de officio Ordin. c. dilectus, c. cum causam, cap. sollicitudinem, de appellat. c. 1. de foro compet. in 6. cap. Romana, de appellat. eod. lib. cum similibus, referunt Covarr. præct. c. 9. n. 2. Quarant. dict. verb. *Archiepiscopi auctoritas*, vers. 18. Marc. Anton. Genuens. d. c. 70. n. 7. Sebast. Cæs. in relect. de Ecclesiast. hierarch. disput. 5. §. 2. num. 10. vers. primus, Sigism. Scacc. d. appellat. quæst. 8. n. 86. cum seqq. & Petr. Greg. in simili tr. lib. 4. cap. 2. sub num. 1. vers. ab Episcopis, Seraph. decis. 1183. ubi tenet quod Archiepiscopus potest causas ad se per appellationem, aut alias delatas ab Episcopo Suffraganeo per se, vel per Vicarium generalem, vel per delegatum cognoscere, & terminare in totum, vel in partem, etiam in Diocesi Suffraganei, item & Notarium, ac Nuntium deputare pro exercenda jurisdictione.
- Amplia primò, ut ab Episcopo in tantum appelletur ad Archiepiscopum, ut ipsemet Episcopus si post interpositam appellationem promoveatur in Archiepiscopum, sit iudex appellationis à sententia quam ipse protulit, dum erat Episcopus, ex debito tamen tenetur alteri illam causam delegare, & ipse abstinere ab illius cognitione. Franch. in cap. ad hac 6. col. ult. quæst. 4. sub num. 7. de appell. Petr. Greg. d. lib. 4. cap. 17. à num. 9. Sacc. d. tr. de appell. quæst. 2. n. 15. & q. 8. n. 86. vers. extende primò.
- 63 Secundò amplia, quod nedum in spiritualibus, sed etiam in temporalibus ab Episcopo ad Archiepiscopum appellari possit, Quarant. d. verb. *Archiepiscopi auctoritas*, num. 13. vers. ampliatur tamen, latè Scaccia d. quæst. 8. à num. 90. hinc inferens Archiepiscopum esse Iudicem appellationis in iis, quæ exercet Episcopus, etiam ex jure accidentali, seu non solum in his quæ exercet de jure communi, sed etiam in iis, quæ exercet de jure speciali, ex privilegio, & n. 91. asserit hoc esse verum, quando jurisdictionis temporalis est totaliter translata in Ecclesiam, aded quod pro illa non cognoscit Superiorem temporalem, & numeris sequentibus hoc multipliciter declarat, & restringit.
- 64 Tertio amplia, ut possit appellari ad Archiepiscopum, etiam si Episcopi jurisdictionis fuerit à Papa excitata in ea causa, in qua Episcopus protulit sententiam, quia Papa committendo causam Episcopo, quam ipse Episcopus poterat cognoscere ex jurisdictione sua ordinaria, regulariter dicitur excitasse ejus jurisdictionem, & non delegasse causam, & consequenter est appellandum ad Archiepiscopum, ut per Scacciam dict. q. 8. n. 87. vers. extende secundò, & faciunt per me adducta allegat. 92. à n. 12. & adducta à Quaranta dict. verb. *Archiepiscopi auctoritas*, n. 18. vers. item si Papa. Secus est si non excitaret, sed delegaret, quia tunc Episcopus reputaretur delegatus, nam Ordinarius cui delegatur causa, quam ipse potuisset cog-

noscere jure Ordinariæ jurisdictionis, efficitur in ea delegatus, Bertachin. de Episcopo, lib. 4. p. 4. num. 78. tom. 13. p. 2. fol. 51. Albert. Brun. tract. de augmento, in 3. conclus. princip. sub n. 21. vers. & primò, tom. 17. fol. 352. quos refert & sequitur Scacc. d. tract. de appellat. q. 8. n. 86. vers. secus est, & de judiciis causarum civilium lib. 2. c. 16. n. 5. in fine, ac proinde appellandum est ad delegantem, ad tradita per eundem Scacc. dict. q. 8. n. 14.

Quarto amplia, ut Archiepiscopus possit cognoscere etiam inter illos, qui se sponte offerunt liti super illa re, de qua est appellatum, non autem inter eos invitos, Gemin. & Franch. in c. Romana, §. in alium, de appellat. lib. 6. Marc. Anton. Genuens. dict. c. 70. n. 7. in principio.

Quinto amplia, ut Archiepiscopus in causa appellationis ab interlocutoria pronuntiationis bene appellatum, remaneat iudex in toto negotio principali, Scaccia dict. tr. q. 18. limitat. 47. memb. 3. num. 7. ubi n. 9. & 11. an omisso articulo appellationis de consensu partium possit procedere in negotio principali; & n. 12. quid si Episcopus horum detulerit appellationi?

Limita primò in causis sanctæ Fidei, in quibus appellari ad Papam propter gravitatem negotiorum tenent Peña in direct. Inquisit. p. 3. commentar. 31. Marc. Anton. Genuens. dict. q. 8. n. 88.

Limita secundò quoad alios, qui partes non fuerunt, ac proinde in compulsionem aliorum subditorum recurrendum esse ad Episcopum, observant Abb. in cap. pastoralis, n. 12. de officio Ordin. Marc. Anton. Genuens. dict. c. 70. n. 7. vers. declara primò, ubi hinc refert non posse Archiepiscopum compellere subditos Episcopi ad perhibendum testimonium in causa appellationis, nisi aliud sit de consuetudine, eo tamen casu posse Archiepiscopos quando Episcopus nollet compellere.

Limita tertio, ut Archiepiscopus non possit cognoscere de nullitate sententiæ inter subditos Suffraganeorum absque appellatione, ut per Franc. in cap. 1. §. post hac, sub n. 7. vers. sed advertite, de appellat. in 6. & in cap. dilecto 63. sub n. 67. vers. secundus casus, eod. tit. in antiq. dicentem quod non potest adiri Archiepiscopus per viam querelæ, seu nullitatis sententiæ Episcopi, & ibidem Card. Alexand. n. 58. prope fin. & Felin. in c. in litteris 9. prope fin. vers. secundus casus est, de offic. deleg. Marc. Anton. Genuens. d. c. 70. n. 7. vers. limita quarto, Scacc. dict. tract. de appellat. q. 19. remed. 1. concl. 6. n. 85. Sebast. Cæs. d. §. 2. n. 14.

Limita quarto, ut Archiepiscopus non possit restituere in integrum adversus sententiam Episcopi, quia Archiepiscopus adiri non potest nisi per viam appellationis, ut per Abb. in c. ult. in fine, de restit. in integrum, Scacc. d. concl. 6. n. 85. in fine, & remed. 2. num. 61. vers. ad quartum.

Limita quinto, ut à delegato Episcopi non appelletur ad Archiepiscopum, sed ad Episcopum delegantem, Franch. in c. dilectus, il 3. de appellat. Marc. Anton. Genuens. dict. c. 70. n. 7. vers. limita secundò, ubi restringit, nisi Episcopus delegaret causas in fraudem, nam appellaretur ad Archiepiscopum.

Limita sexto, quando Archiepiscopus convenit subditum sui Suffraganei Episcopi coram ipso, quia isto casu non appellatur ab Episcopo ad Archiepiscopum, quia esset appellare ad adversarium; & ideo omisso Archiepiscopo Iudice Superiore, proximè appellatur ad Superiorem Archiepiscopi, ut scribunt Gemin. in c. Romana 3. §. ab Archidiaconis, sub n. 4. casu 2. ubi Franch. n. 4. limit. 8. de appellat. lib. 6. Socin. reg. 23. fallent. 8. Brederod. de appellat. p. 1. tit. 18. in verb. ab Archiepiscopo, column. 202. & in verb. ab Episcopo, column. 203. quos refert & sequitur Scacc. d. tract. de appellat. q. 7. n. 107.



AUGUSTINI
BARBOSÆ,
 V.I.D. LUSITANI,
 DE OFFICIO, ET POTESTATE
 EPISCOPI,
 PARS SECUNDA.

Ubi omnia, quæ ad omnifariam Episcopi potestatem, vel ad Sacramenta; & ad Ordines conferendos, vel ad dispensationes elargiendas pertinent, brevi, & eleganti methodo comprehensa sunt.

COMPENDIUM

Eorum, quæ cura, & officio Episcoporum in sequentibus Allegationibus plenè demandantur.

SUMMARIUM.

- | | |
|---|--|
| <p>1 Ius Ecclesiasticum totum ad officium, & potestatem Episcopi pertinet.</p> <p>2 Officium, ac munus Episcoporum in duobus præcipuè consistit, primò in cultu divino, & Christiana Religione augenda. secundò in pascendis ac regendis ovibus sibi commissis.</p> <p>3 Cura Episcoporum circa divinum cultum, & Religionem ad quatuor capita redigi potest.</p> <p>4 Officium Episcopi circa fidem, & venerationem Dei est curare, ut omnes sua diocesis animæ Fidem Christianam suscipiant, & ejus rudimenta sciant, ac de illa inanes disputationes tollere.</p> <p>5 Curare ut verbum Dei populo prædicetur, & lectio sacra Scriptura, ac Theologia habeatur.</p> <p>6 Curare etiam ne verba, & sententiæ sacra Scriptura ad superstitiones, & alia profana adhibeantur.</p> <p>7 Divinos omnes, & sortilegos, & magicam artem exercentes, & docentes à diocesis suis penitus eradicare.</p> <p>8 Miracula nova, & reliquias, & imagines approbare.</p> <p>9 Volentes ut vota sua reddant, & cum impotentibus dispensare, & ut iuramenta licita serventur, absolvendo eos qui possunt absolvi.</p> <p>10 Festa in Dei, & Sanctorum venerationem, ut ritè, & rectè celebrentur.</p> <p>11 Curare debent Episcopi, ut Missa purè & piè celebrentur, modo, loco, ac tempore debito.</p> <p>12 Divina officia, & hora Canonica, ut debitè, ac devotè suis horis celebrentur.</p> <p>13 Episcoporum cura mandatur, ut populis diversarum linguarum Missa, & officia, ac Sacramenta secundùm eorum linguas, & approbatos ritus celebrentur.</p> <p style="text-align: right;">Barbos. de Episcop. Pars II.</p> | <p>14 Episcoporum officium est ministrare Sacramenta, specialiter verò confirmationem. & attendere, ut ea à ministris idoneis cum debita forma, ritu, & materia celebrentur.</p> <p>15 Curare ne pro ministrandis Sacramentis aliquid indebitè exigatur.</p> <p>16 Sacramentorum omnium jus ac virtus ut à Parochis suis populis exponatur.</p> <p>17 Clericos, ac Regulares delinquentes corrigere.</p> <p>18 Peregrinos clericos sine testimonialibus litteris suscipere non debent.</p> <p>19 Rationes à testamentorum executoribus etiam regularibus exigant.</p> <p>20 Abbatum negligentiam suppleant.</p> <p>21 Confessorem Monialibus assignent.</p> <p>22 Immunitates, & Ecclesiarum reverentiã circa ea quæ in eis fieri prohibentur, tueri, & conservare debent.</p> <p>23 Prædicare verbum Dei, & subditos suos docere, eisque monita salutis tradere, præcipuum est Episcoporum officium.</p> <p>24 Animarum cura providere debent Episcopi, bonos & idoneos Rectores, sive Curatos instituendo.</p> <p>25 Excommunicatorum nomina subditis suis, & vicinis etiam Episcopis dare debent Episcopi, & si oporteat publicare.</p> <p>26 Vicia subditorum tenentur Episcopi arguere, & errantes corrigere.</p> <p>27 Victum pauperibus dare, & viduarum, orphanorum, ac miserabilium personarum curam paternam gerere tenentur Episcopi.</p> <p>28 Providere debent Episcopi ne subditi sui inanibus & superfluis sumptibus intendentes substantias suas consumant.</p> <p>29 Episcopi audita morte Romani Pont. tenentur cum suis</p> |
|---|--|